I.c. 94.

Biblioteka Jagiellońska.

I. C. 94.

Filozof. pol.

188

CIMELIA

1893. II. 24.

ad Vollem

15/9 93 Jdk. 2

Alberti Magni Philosophiae naturalis Isagoge sive Introductiones in libros Aristotelis Physicorum. Cracoviae, Matthias Scharffenbergius impressit 1541.

Cim. O. 188

Bibl. Jag.

ALBERTI MAGNI PHIloſophantium Du=cis æſtimatiſſimi, Philoſophiæ Natu=ralis Iſagoge, ſi=ue Introductiones.

In libros Ariſtotelis

Phyſicorum.
De Cœlo & Mundo
De Gene. & corr.
Meteororum.
De Anima.

IOACHIMI VADIANI Poetæ Laureati. in laudem authoris Carmen.

Donauit Magni cognomine grata uetuſtas
Maxima quos claros geſta tulere uiros.
Hoc Aſiæ uictor Pompei decoratus ab urbe es,
Quum nitidum premeres axe ſublimis ebur.
Hoc & Pellæo iuueni poſt illa remanſit
Bella, quibus toto uictor in orbe fuit.
Aſt horum cecidit ſeclis uariata poteſtas,
Et nullū eſt, quo ſe laus tueatur, opus.
Alberti, meritis Magni cognomen adeptum
Durat & ê rebus fauſtius omen habet.
Quandoquidem libris rerum monimenta reliquit,
Et fragiles tempſit pacis amator, opes.
Aſtra per & cœlos, mundiq; elementa uagatus
Victricem inſtituit pulchra per arma uiam
Stare quibus, furuæ pulſa caligine mentis
(Quam doctrina parit) uita beata poteſt.

Bibl. Jag.

PROOEMIVM SVMMAE huius Naturalis Philoſophiæ.

PHiloſophia diuidit̃ in tres partes uidelicet, Logicam, ethicam & phyſicam. Siue in rationalem moralem & naturalẽ. Alijs duabus obmiſſis ad preſens, de ſola phyſica ſiue naturali intendimus. Prænotantes, ꝙ Natura multis modis dicitur. Dicitur em̃ natura, naturalis intelligentia, ſecundum ꝙ dicit Areſto. in primo phyſicorum Vniuerſalia ſunt magis nota in natura, q̃ particularia, id eſt, naturali intelligentia. Item relatiua ſunt ſimul natura, ut dicitur in prædicamentis. Dicitur etiam natura, materia. Dicitur etiã natura, forma. Et magis proprie dicitur natura, forma q̃ materia, quia ſaluat res naturales in eſſe. Dicitur etiam natura, principium motus & quietis. Et dicit̃ etiam natura, uia in naturam, ſicut generatio. Diffinitur ſic. Natura eſt principium motus & quietis, eius in quo eſt per ſe, & nõ ſecundum accidens. Vnde Auicena duplicem diſtin

Philoſophiæ diuiſio.

Acceptiones naturæ. 1 In prœmio 2 3 4 5

guit naturam, ſcilicet, vniuerſalem & particularem. Vniuerſalem appellat, virtutem diffuſam in ſubſtãtias cœlorum. Particularem uero illam appellat, quæ eſt in rebus

Natura vni. Natura particularis.

ſingularibus & in indiuiduis, vt illam quæ eſt in hac planta, uel in hoc grano, ſecundũ ꝙ dicitur. Quod natura eſt uis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans. Et hos quatuor ultimos modos ponit Areſtoteles ſecundo phyſicorum. Naturale etiam dicitur multis modis. Primo, quod alicui ineſt a ſua creatione, ſecundum quod dicitur.

Cap. 1 & 2. primi tracta. Naturale tripliciter accipitur.

Scire & addiſcere naturale eſt homini, q̃a utrunqꝫ ineſt ei a ſua creatione. Dicitur etiam naturale, quod fit ſecũdum curſum naturæ, ſecundum quod dicitur.

1 Naturale

2 eſt, quod ex homine fiat homo, et ex equo fiat equus. Vnde ſecundum hæc, tria diſtinguunt opera, & tria agentia. ſ. opus naturæ, artificis, & creationis.

Opera triplicia ſunt. Opus nature opus artificis

Opus naturæ eſt, cuiꝰ principiũ eſt natura. Opꝰ artificis ẽ cuiꝰ pñcipiũ agendi ẽ uolũtas. Opus creatiõis eſt, cuius principium agendi eſt creator.

Opus creati

Et dicitur etiam naturale, quod conſyderat

derat ſcientia naturalis. Cum autem ſubie-
ctum naturalis philoſophiæ ſit corpus mo
bile. Prima noſtra ſpeculatio erit, de corpo Naturale.5°.
re mobili ſimpliciter, ſiue ſecundum ſe. Se- Diuiſio libri in 5 ptes.
cunda, de cœlo & mũdo. Tertia, de elemẽ 1
tis Quarta, de elementatis. Quinta de ani 2
ma. Corpus autem diffinitur ab antiquis 3
ſic. Corpus eſt, omne illud quod habet tri- 4 5
nam dimenſionem, ſcilicet, longum, latum,
& profundum. Vel ſic & melius ſecundũ
Algaçalem & Auicẽnam. Corpus eſt in Corporis diffinitio.
quo eſt aptitudo intelligendi duas lineas
interſecantes ſe ad angulos rectos. Et iſte
lineæ habent ſe admodum crucis, & tertia
diuidit illas duas ad angulos rectos. Eſt au
tẽ corporũ aliud mobile aliud immobile.
Et dico immobile corpus ſtans, quod nec
mouetur ad formam, neq; ad ſitum, ut eſt
cœlum empireũ. Corpus autẽ mobile eſt,
quod ſubiacet motui & quieti, quod eſt eti Corporis diuiſio.
am unum de principijs naturalis ſcientiæ. Corpus immobile. Corpus mobile.

TRACTATVS PRIMVS HV-
ius Summæ, libris Phyſicorum Areſtote
lis reſpondens, quatuor continet

TRACTA. PRIMVS.

capitu la. Primũ eſt de princi pĳs rerum naturaliũ, ha bens tres particu las.

TEſtante autem Areſtotele ſummo Philoſophorum primo Phyſicorum. Tria ſunt principia naturæ, videlicet, ſubiectum ſiue materia, & duo contraria .ſ. priuatio & forma. Quod ſic patet, quia in omni eo quod fit ſecundum naturam, aliquid ſubĳcit . ꝙ ad illud quod fit, ſit in potentia. Per hoc quod dico, aliquid ſubĳcitur. tango materiam ſiue ſubiectum Et per hoc ꝙ dico, fit tango formã. Et per hoc quod dico ſit in potentia, tango priuationem, verbi gratia, ex homine nõ muſico fit muſicus, & ex ſemine non homine, fit homo. Eſt igitur materia unum principium in numero cum priuatione, & eſt ut duo, ratione. Priuatio enim accidit materie non enim eſt idem eſſe hominem & muſicum eſſe. Quare, ut dicit Areſtote. primo Phyſicorum duo ſunt principia (quod eſt dicere) in numero, non tamen duo penitus propter illud quod eſt alterũ eſſe eis,

Tex. cõ. 56 Tria eſſe pn̄cipia probat

1. Phyſi. tex. com. 60.

ſed ſũt

ſed ſunt tria ratione. Quod autem materia & forma ſint principia cuiuſlibet corporis naturalis, patet per reſolutionem. Abſtractis enim formis omnibus accidentalibus, tandem deuenitur ad formã ſubſtantialem, qua adhuc abſtracta per intellectũ remanet quoddã ualde occultum, quod eſt materia prima. Quod autem materia prima ſit aliquid, patet per hoc, quia elementa cõmiſcentur ad inuicem, & non ſecundum contrarias qualitates, ſiue formas, ſecundũ illas enim repugnant, ergo ſecundum aliquid, quod omnibus eſt cõmune, & hoc eſt materia prima, ergo materia prima eſt aliquid. Et ſi obijcitur. Omne eſſe eſt a forma, igitur ſi hec materia eſt aliquid, habet formam, & ſic nõ eſt materia prima. Dicẽdum quod eſſe actuale eſt a forma, ſed nõ potentiale, & tale eſſe habet materia prima. Vel poteſt dici, quod aptitudo recipiendi omnem formam, eſt ei pro forma.

Materia & forma cuiuſlibet corporis ſunt principia.

Materiã habere rationem entis probat.

Obiectio.

Solutio. 1 2

Particula prima huius primi capituli, de his que ad Materiæ rationẽ pertinent.

In Proemio

DIcit Areſto. primo phyſi. Tunc em̄ arbitramur unūquodq; cognoſcere dum cauſas eius cognoſcimus, & prīcipia prima uſq; ad elementa. De his ergo principijs eſt dicendum ſigillatim, & primo de materia. Materia vt dicit Areſto. primo phy. in fine, eſt primū ſubiectum vniuſcuiusq;, ex quo aliquid fit, cū inſit per ſe & non ſecundum accidens. Cum inſit, dicitur, quia in omni eo quod fit ſecūdum naturam, neceſſe ē eſſe materiā. Per ſe & non ſecundum accidens dicitur, propter priuationem, quæ non ineſt per ſe, ſed ſecundū accidens. Et hæc eſt diffinitio materiæ primæ, de q̄ dicit Areſtoteles ibidem, q͂ ſit ingenerabilis & incorruptibilis. Si enim generaretur, eſſet genita anteq̄ generaretur. Et ſimiliter ſi eſſet corruptibilis, eſſet corrupta anteq̄ corrumperetur. Vnde beatus Diony. ca. iiij. in li. de diui. no. dicit. Sed neq; corrumpitur aliquid exiſtentium ſecundum q͂ eſt ſubſtantia & natura, ſed ex defectu ordinationis, quæ eſt ſecundum naturam harmoniæ & comenſurationis, in-

Dif. Materi. in te. cō. 82

Declaratio diffini.

Materia per ſe neq; generatur neq; corrumpitur

firma

firmatur ratio materiæ·Et nota,quod ma Diuerſa no-
teria dicitur inquantum apta nata eſt re- mina materiæ attributa
cipere formam. Subſtantia uero ſiue ſubie 1
ctum,inquantum ſubſtat formæ. Dicitur 2 3
autem hyle,inquantum nõ habet aliquã
comparationem ad formam, ſed eſt nuda
ab omni forma Origo vero dicitur ſecun 4
dum ꝙ eſt principium omnium rerum na
turalium.Materia autem ſic diuiditur,quo
niam quædam eſt ſpiritualis,quædam cor
poralis.Spiritualis eſt illa,quæ eſt in crea- Diuiſiones
turis,que non habent ſitum,ut angeli,ani- materiæ. I. Materia ſpũ
mæ,in quibus ſimul creatur materia cum alis.
ipſis.Corporalis eſt iſta,quæ eſt in rebus Corporalis 2
que habent ſitum.Et illarum,quædam di
citur naturalis,quædam artificialis.

Artificialis eſt illa, quæ eſt in rebus Artificialis.
artificiatis,ſiue quarum principium eſt vo-
luntas creata.Naturalis eſt illa,quæ eſt in
rebus naturalibus, ſiue quarum principiũ Naturalis.
eſt natura.Et illarum quædam eſt vniuer
ſalis ſiue prima,quædam particularis ſiue ſe
cunda.Vniuerſalis eſt illa,quæ non habet Natura vni-
aliquem reſpectum ad aliquã formam ſpe uerſalis.

cialem,ſed ad omnem formam indifferen-
ter ſe habet. Eſt enim quædam inclinatio
ſiue appetitus naturalis in materia ad om-
nem formam,& hoc propter omnimodã
ſui perfectionem a forma, vnum quodq;
enim in quo magis deficit,illud magis ap-
petit. Vnde Areſto. primo phyſicorum di-
Tex.cõ.81 cit ꝙ materia appetit formam, ſicut fœmi-
Materia particularis. na virum,et turpe bonum. Particularis eſt
illa,quæ facta eſt hoc aliquid & coartata
a forma ſubſtantiali,etiam a formis accidẽ-
talibus. Et nota,ꝙ in materia artificiali eſt
Differentia inter materiam rei naturalis & artificialis. tantum potentia paſſiua,ſicut in ære reſpe-
ctu ſtatue. In materia uero particulari na-
turali,non ſolum eſt potentia paſſiua, ſed
etiam actiua,vt patet in grano milij. Et ta-
lis potentia vocatur a theologis ratio ſemi-
nalis,quę etiam eſt aliquid formæ,quia eſt
4 diuiſio et quinta. formatiua formæ,particularium quędam
ẽ ingenerabilis & incorruptibilis,ſicut ẽ in
cœlo,et in corpꝰbus ſupiorbꝰ,in qbꝰ ẽ vir
tus actiua tantum, reſpectu inferiorum.
Quædam vero generabilis & cor uptibi-
lis,vt in elementis & elementatis, in qui-
bus

bus ē virtus actiua et paſſiua. Ex his quę dicta ſunt poteſt concludi, quod quintuplex eſt materiæ diuiſio, puta Spūalis & corporalis. Naturalis & artificialis. vniuerſalis et pticula. corruptibi. et icoruptibilis. Gn̄rabilis & ingenerabilis. Hæc autē ſic ſe habent ad inuicem. Quia ſicut naturalis ſimplicior eſt artificiali, ita ingenerabilis ſimplicior eſt generabili, & ſicut vniuerſalis ſimplicior eſt particulari, ita ſpiritualis ſimplicior eſt corporali, immo (ut verius dicatur, in infinitum plus diſtant, quia ad ipſā nullam habent proportionem. Quoniam omne quod eſt proportionabile alicui, ipſum aliquoties ſumptum, reddit ipſum totum. Sed materia corporaſis in finities ſumpta, non reddit ſpiritualem, nec̨ ecōuerſo. Cōp. Cōparatio. Nota.

Particula ſecunda de ſecundo rerum naturalium principio, videlicet priuatione.

DIcto de materia dicendum eſt de Priuatione, quæ ſic poteſt notificari. Priuatio eſt abſentia formæ cum aptitudine materiæ ad illam. Cum aptitudine Priuatio.

materiæ dico, propter corpora ingenerabilia & incorruptibilia, in quorum materia non eſt priuatio, quoniam ad nullam aliã formam ſunt in potentia. Contingere eñ ab eſſe nihil differunt in perpetuis, vt dicit Areſtote. iij physicorum. Et nota, cum priuatio ſit accidens materiæ, ſicut ergo diſtinguitur duplex materia, ſcilicet, naturalis et artificialis, ſic poteſt diſtingui duplex priuatio, ſcilicet, naturalis & artificialis.

Tex.cõ.32

PARTICVLA TERTIA DE tertio principio rerum naturalium, ſcilicet Forma.

Nota triplicem eſſe formam. 1.

SEquitur de Forma, de qua prænotandum eſt, quod quædam eſt forma abſtracta a materia omnino, & a coditionib⁹ materiæ, ſicut eſt intelligentia, & hanc conſiderat metaphiſicus. Eſt autem quædam forma abſtracta a materia ſenſibili, ſed nõ
2 a conditionibus materiæ, vt rectitudo, curuitas, linea, & hanc conſiderat mathematicus. Eſt & alia forma materiæ coniuncta
3 & conditionibus materiæ, & hanc conſiderat phy

rat phyſicus, quæ eſt vnum principium na- Tex cō. 81
turalis philoſophiæ, & ſic dicit Areſtote. Oſtēdit formam eſſe q̄d dam diuinū, optimum: ac appetibile.
primo phyſicorum in fine. Forma eſt q̄d-
dam diuinum, optimum & appetibile. Di
uinum dicit, quia forma dat eſſe rei, in quo
omne quod eſt, aſſimilatur ipſi Deo. Et
optimum dicit, quia nullum trium princi-
piorum forma melius eſt. Appetibile dicit
quia ipſa a materia appetitur, ſed forma nō
appetit materiam, nec priuationem, vt di-
cit Areſtoteles ibidem. Et nota, q̧ forma
dicitur multipliciter. Dicitur enim forma
perfectio rei, & ſecundum hoc, ſubſtan- Forma multi pliciter dicit
tia poteſt dici forma, ſicut anima eſt corpis
perfectio organici, phiſici, cuius eſt anima.
Dicitur etiam forma informans ſiue inhę
rens, & talis forma diffinitur in libro ſex Forma ſecū dum autho. 6 principiorū.
principiorum ſic. Forma eſt compoſitioni
contingens, ſimplici & inuariabili eſſentia
conſiſtens. Simplici dicit, quia omnis for-
ma in ſe ſimplex eſt, & indiuiſibilis & in- Declaratio diffinitionis.
uariabilis eſſentiæ, quia ſi eſſet variabilis,
poſſet recipere aliam formam ſupra ſe, &
ſic eſſet ſubiectum, & non forma, vel dici-

tur

tur ſimplex ad differentiam compoſiti, In-
uariabilis, ad differentiam materiæ. Dici-
tur etiam forma, quaſi foris manens, & ſe-
cundum hoc forma dicitur paradigma ſi-
Diuiſiones formę. 1. ue exemplar. Forma recipit diuiſionem
Forma ſpiritualis. quemadmodum materia, in ſpiritualem &
corporalem. Spiritualis eſt iſta quæ facit
ſpiritum, ſiue que eſt in re ſpirituali, ſiue in-
corruptibili, ita ꝙ tota ſit in toto, & tota in
Forma corporalis. q̄libet eius parte. Corporalis eſt iſta q̄ facit
corpus, ſiue que eſt in re corporali, ita ta-
men ꝙ ſit in maiori parte corporis maior,
in minori parte minor. Et illarum quæ-
2 dam eſt naturalis, quędam artificialis. Ar-
Forma artificialis. tificialis eſt illa, quæ eſt in rebus artificia-
Forma naturalis. tis, ſiue cuius principium eſt ars. Na-
turalis eſt illa, quæ eſt in rebus naturalibꝰ
3 ſiue cuius principiũ eſt natura. Et illarũ
Forma vniuerſalis. quędam eſt vniuerſalis, quædam particu-
Forma particularis. laris. Vniuerſalis eſt illa, quæ in ſuo eſſe
eſt totaliter, ita ꝙ nō eſt impreſſa alicui ma
teriæ, vt albedo in communi. Particularis
eſt illa, quæ ſigillata eſt vel ſignata in hoc
4 ſubiecto, vt hæc albedo. Item particula-
rium,

rium, quædam autem eſt incorruptibilis,
vt forma cœli, quædam corruptibilis, vt
forma elementorum. Item formarum
quædam eſt ſubſtantialis, alia accidentalis 5 Forma ſubſtantialis
Subſtantialis eſt illa quæ ex adiunctione Forma accidentalis.
ſui ad materiam facit qd, id eſt eſſe eſſenti-
ale, vt igneitas. Accidentalis eſt quæ ex ad-
iunctione ſui ad materiam facit quale, &
non quid, vt albedo. Item formarum, alia ẽ
poſita in materia immediate, alia mediate. 6 Forma immediata.
Immediate in materia poſita eſt, vt forma 7. Forma mediata: & duplex
ſubſtantialis. Formarum vero mediate Primo.
poſitarum in materia; quædam eſt poſita
mediante ſuperficie, quæ ſecundum exten-
ſionẽ ſupficiei extendit, & habet ſitũ ſecũ-
dũ vnã ptẽ hic ſcdm̃ aliã ibi, vt color. Vnde
primũ ſubiectũ coloris ẽ ſupficies, et corp⁹
ſuperficiei, & corporis materia prima, &
vlterius non reſoluitur. Quædam vero nõ
mediante ſuperfitie eſt poſita in materia, Secundo.
vt quæ nõ habet ſitum, vt paternitas, filia- Enumerat opiniões de productione
tio, & huiuſmodi. Et nota, ſicut dicit Auer- formarum.
rois, multiplex fuit opinio philoſophorũ
de formis naturalibus. Quidam opinati
ſunt

ſunt eas eſſe ab extrinſeco.ſ.a datore for-
marum,& ante dationem formarum ex-
tra materiam eſſe ſeparatas, & poſitas in
ſtellis, vt platonici dixerunt. Vnde dice-
bant,quando homo naſceretur ſub aliqua
ſtella,ſecundum caliditatem & frigitatem
illi imprimeretur forma talis ſtellæ. Alij di
2 xerunt,formas in materia eſſe actu, & la-
tere & eſſe inſenſibiles nobis,vt Anaxago-
ras,vnde dicebant omnia in vnum miſceri
Tertia opinio eſt Areſtote. qui ponit for-
3 mas eſſe in materia potentia,& nō in actu
ſed ab extrinſeco agente educuntur de po
tentia in actū. Vnde dicit Areſ.ij.de gene-
Tex.cō.55 ratione & corruptione. Allatio ſolis in ob
liquo circulo facit hanc generationem in
iſtis inferioribus,generatio vero formam,
ergo allatio ſolis facit formam per genera-
tionem. Et in ij.Phiſicor. dicit. quod ho-
mo generat hominem & ſol, ex materia.
Item nota,ꝙ forma dicitur forma, & ſpeti
Tex.cō.26 es,ratio, & entelechia,ſiue act⁹. Forma di
Iterum d'uerſa nomina poni, forme attributa. citur,inquantum dat eſſe materiæ,ſiue in
comparatione ad materiam. Speties vero,
inquā

inquantum eſt principium cognitionis, vel prout conſideratur in ſe. Ratio vero inquantum eſt finis materię, ſiue inquantũ eſt proportionabilis materiæ. Entelechia ſiue actus dicitur inquantum opponitur priuationi: Item nota, ſicut dicit Areſtoteles ſecundo de generatione & corruptione. Materiæ eſt pati & moueri. Mouere autem & facere alterius potentiæ eſt, ſcilicet formæ, Vnde quod omnino caret materia, omnino caret paſſione, ſicut primum principium in alijs autem ſecũdum diuerſitatem materiæ diuerſificantur proprietates & paſſiones, Et hæc de principijs naturalis phyloſophiæ dicta ſufficiunt. Tex cõ 53 Proprietates materiæ & formæ Cõm.

CAPITVLVM SECVNDVM

Secundo Phyſicorum Areſtotelis reſpõdens. Cuius ſũt duæ particulæ. Prima eſt de cauſis p ſe.

Nunc conſiderandum eſt de cauſis, quæ & quot numero ſint, prænotando differentiam inter principium & cauſam. Principium eſt cauſa intrinſeca & eſſentialis rei. Cauſa vero extendit ad cauſã extrinſecã et ĩtrinſecã vt p⁹ ea patebit. Vñ principium. Cauſa.

ſecundum Areſtotelem ſecundo Phyſicorum. Cauſa eſt ex quo fit aliquid, cum inſit, vt æs ſtatuæ. Cum inſit, dicitur ad differentiam priuationis, & hæc eſt cauſa materialis. Notandum quod quędam eſt materia ex qua, vt æs ſtatuæ. Quedā vero materia in qua, vt ſubiectum accidentiū. Alia vero eſt materia circa quam, vt obiectum potentiæ, vt viſus circa colorem. Alio modo dicitur cauſa forma, ſpeties, exemplar, paradigma, actus, & perfectio, & ratio ipſius reſpectu ꝙ q̄d erat eſſe, vt igneitas ignis & hæc eſt formalis. Et nota, quod in entibus ſimplicibus, ſicut in angelo & anima, idem eſt forma quæ eſt actus materiæ, & quæ eſt actus compoſitionis. In compoſitis vero non eſt idem forma, vt in homine Anima enim eſt actus materiæ, humanitas vero actus compoſitionis. Tertio modo dicitur cauſa, vnde eſt principium mutationis, ſeu motus & quietis, vt deliberans propoſiti, pater filij, & omne faciēs eſt cauſa facti, & hæc eſt cauſa effitiens. Et nota ꝙ duplex eſt cauſa effitiens circa materiā, ſcilicet intrinſeca & extrinſeca. Intrinſeca

Tex.cō.25 Cā materialis.

Materia ex q̄ Mate. in qua. Materia circa quam.

Cā formalis Aliter forma dicitur in ſimplicibus & compoſitis.

2 Phyſicorum.tex.cō. 29.

Cauſa effitiens.

Cauſa effitiens intrinſe.

eſt virtus actiua ſeminis in materia, quæ a
theologis vocatur ratio ſeminalis. Extrin-
ſeca eſt virtus cæli, ſecundum quod dicit
Areſtoteles, ꝙ allatio ſolis facit generatio- 2. Phyſi. tex
nem in obliquo circulo. Et nota, ꝙ media com. 29.
quæ ſunt ad finem, reducuntur ad cauſam
effitientem ſicut ad ſanitatem macies, pur-
gatio, motus & organa, omnia enim hæc Cauſa fina.
gratia finis fiunt. Quarto dicitur cauſa gra
tia cuius aliquid fit, vt cultellus gratia inci
dendi. Et hæc eſt cauſa finalis, de qua di- Vbi ſupra.
cit Areſto. ꝙ eſt cauſa potiſſima & finis
aliarum. Circa cauſas nota, ꝙ finis mouet
efficientem, efficiens mouet materiam, ma Ordo cauſa-
teria mota introducitur forma, ſicut patet rum.
in artifice, & propter hoc cauſa finalis eſt
potiſſima aliarum. Itẽ nota, quædam cau- Pn̄t cauſæ ſi
ſæ ſibijnuicem ſunt cauſæ, ſed non eodem bi inuicẽ eſſe
modo, vt laborans eſt cauſa effitiens ſani- cauſæ. 2. phi.
tatis, ſed ſanitas eſt cauſa finalis laborandi. tex. com. 30

Item, idem contingit eſſe cauſam op- Aliqñ eadẽ
poſitorũ, vt nauta cuius præſẽtia eſt cauſa cauſa ex cõ
ſalutis, abſentia v'o eius ẽ cauſa ꝑiculi. Nota trariorum ef
ꝙ cauſa dicitur tripliciter. Aliquid enim di- fectuum. 2.
citur cauſa alicuius per prius, & aliud per phiſicorum.

 poſterius

poſterius, vt medicus eſt cauſa ſanitatis efficiens per prius, artifex vero per poſterius. Item aliquid eſt cauſa per ſe alicuins, alterius vero per accidens, vt faciens ſtatuam, eſt cauſa per ſe ſtatuæ, Policletus vero per accidens, accidit enim ſtatuam facienti Policletum eſſe. Item, aliquid eſt cauſa in actu, aliud in potẽtia, vt ædifficans, & ædificator domus. Nota, ſicut eſt in cauſis, ita eſt etiam in cauſatis. Et dicta de cauſis eſſentialibus ſufficiunt.

Hos cauſarũ modos reperies 2. phyſi. tex. cõ. 52. & infra per vnum integrum cap. Quæ de cauſis dicta ſũt, ea & ad effectus ſunt applicanda.

PARTICVLA SECVNDA huius capituli, de cauſis per accidens, Fortuna .ſ. & Caſu.

POſt hæc dicendum eſt de fortuna et Caſu, quid ſint, & quæ earum differentiæ ſint. Multa enim a caſu & fortuna fiunt & contingunt. Quid enim ſit caſus & fortuna, ſecundum Areſtotelem inueſtigari poteſt. Eorum quæ fiunt, quædam fiunt propter hoc, id eſt, quia intenta ſunt. Quædam vero non propter hoc, id eſt, quia intenta non ſunt, vt aliquem inuenire theſaurum, cum fodit ſepulchrum. Nõ enim fodit

2 phiſi. ca. 2. trac. 4. Aliquid fit ꝓpter hoc. Aliqd fit nõ ꝓpter hoc.

fodit propter hoc vt theſaurum inueniat. Item, eorum quę fiunt propter hoc, quæ- dam fiũt a propoſito, id eſt ab vſu liberi ar bitrij, Quædam a natura, & illa fiunt a na tura, vt dicit Areſto. ij. phyſi. quæcunq; in ſeipſis a q̊dam principio continuo mota ac cedunt ad aliquem finem, ſicut patet in fe- bricitante, vbi natura operatur. Item, eorũ quæ a natura fiunt, quædam ſemper fiunt, vt oriri ſolẽ in obliquo circulo. Quædã vt frequenter & non ſp̃, vt pluuiã generari ex vapore. Quædam vt raro, vt arbores in tẽ pore hyemali pullulare. Eorum itaq; quæ fiunt a propoſito, cauſa per ſe eſt propoſitũ Et eorum quæ fiunt a natura ꝓpter hoc cauſa per ſe eſt natura. Sed eorum quæ nõ fiunt propter hoc, cauſa per accidẽs eſt ca ſus & fortuna. Cauſa per accidens dico, quia fortuna & caſus accidunt cauſis per ſe. Quod ſic patet, vt ſi quis iret ad forum, vt emeret carnes, cũ venit ad forum, inue- nit theſaurũ ex caſu, qui caſus accidit cau- ſæ per ſe, ſ. eunti ad forum. Oportet autem quod fortuita & caſualia raro fiant, ſi enim frequenter fiunt, non dicuntur caſualia et

Aliqua fiunt ab electione Aliqua fiunt a nã. 2 phi. tex. com. 1.

Aliqua fiunt ſemper Aliq fiunt frequẽ ter.

Aliqua fiunt raro. Applicatio.

Caſus & fortuna in his ſunt quæ ra ro fiunt.

 for-

& fortuita, vt ſi euntem ad forum contingat frequenter bellare. Differt autem fortuna a caſu, quoniam fortuna eſt tantum in agentibus ſecundum propoſitũ

Caſus & fortuna quandã inter ſe habẽt diuerſitatem. 2. Phy. text. cõ 57. & infra.

Vñ neq; inanimatũ, neq; infans, neq; brutum agunt aliquid a fortuna, q̃niam non habent propoſitum, neq; eufortunium, neque diffortunium eſt in his, niſi ſecundũ ſimilitudinem, ſicut dicit Ariſtarcus, eufortunatos eſſe lapides in quibus fiunt altaria cum honorentur, diffortunatos autem illos qui ponuntur in pauimento, quoniam pedibus calcantur.

In nõ habentibus electionem proprie caſus eſt.

Sed caſus eſt in non habentibus propoſitum, vt in brutis, et in ĩanimatis, vt equus venit caſu ad domum & ſaluatus eſt a lupis, non enim propter ſalutem venit ad domum, ſed vt cibum ſumat. Et tripus cecidit, & ſedes facta eſt. Non enim cecidit propter hoc vt ſedes fieret, ſz vt in medio quieſceret, ſicut omne ponderoſum tendit ad centrum. Sic ergo patet, quod omnis fortuna eſt caſus, ſed nõ conuertitur.

Caſus ſi cõiter accipitur plus ſignificat q̃ fortuna.

Et nota, quod in his quæ fiunt ꝑpter hoc, ſiue fiãt a propoſito, ſiue a natura contingit ſæpe fieri errotem vel in faciendo plus

do plus

do plus vel minus, vel indebite. Ab errore q cõtingit in his quę fiũt a ꝓpoſito, cauſat peccatũ ꝓpoſiti vt ſi grãmatic⁹ errat in ſcribẽdo peccat ĩ orthographia. Simlit̃ ſi medic⁹ errat in potu dãdo, peccat in adminiſtrãdo & medicinis. Ab errore vero quę fit in his quæ fiunt a natura, cauſatur peccatum naturæ, ſicut ſunt monſtra. Vnde dicit Areſtote. ij Phy. Monſtra ſunt peccata in natura illius quod propter aliquid fit. ſicut propter errorem naturæ contingit in animalibus fieri bouigenas, vel viperigenas. Et in plantis vitigenas, oliuigenas. Sic igitur ad præſens determinatum eſt, de cauſis quæ & quot ſint. Quatuor enim ſũt numero, ſcilicet, Materialis, formalis, efficiens, & finalis. de quibus dicit Areſtote. ij. Phyſicorum. ꝙ conueniant tres multotiẽs in vnam, ſicut quod quid erat eſſe, & cui⁹ gratia fit aliquid, & quæ eſt principiũ motus & quietis, & non tamen idem eſt ſenſus & intellectus, quaſi diceret, ꝙ vna cauſa ſæpe trium ſuſcipit appellationem, nam forma eſt finis reſpectu materiæ. Et eſt efficiens cauſa reſpectu eorum. quæ fiunt a natu-

Error & peccatũ in operatiõe, & his que a natura cõmittitur.

Tex. cõ. 82.

Epilogus.

Tex. cõ. 70.

Vna cã ſæpe trium ſuſcipit appellacionem.

natura. Et eſt cauſa formalis ipſius compoſiti, quia homo generat hominem & ſol. Et hæc de cauſis dicta ſuffitiunt.

CAPITVLVM TERTIVM, cuius tres ſunt particulæ. Prima eſt de his quæ pertinent ad quidditatem motus.

Tex.com.3

QVoniam, vt dicit Areſt.ij.Phy. Natura eſt principium motus & quietis, ſeu ſtatus & mutatiōis. Dicto breuiter de principijs & cauſis naturalis philoſophiæ, conueniēs eſt, vt dicamus de motu & quiete, loco & tempore. Primo igitur nota, de motu inter philoſophos diuerſæ fuerunt opiniones. Quidam enim ponebant motum eſſe, quidam vero non. Et eorum qui ponebant motum non eſſe, quidā propterea, quod eſſet impoſſibile duo corpora eſſe in eodem loco, ſicut Parmenides & Meliſſus. Dicebant enim probādo aut aliquid mouetur vel nihil. Si nihil? habeo propoſitū ſi aliquid, vel ergo per vacuum vel plenum. Si per vacuum, ergo q̄ ratione eſſet alicubi vacuum, eadem ratio

Opiniões de motu. Et duplex eſt opinio eorum qui motum negant.

Motiuū huius opiniōis.

ne vbi

vbiq̃;,ergo totũ eſſet vacuũ, quod eſt im-
poſſibile,ergo totum vniuerſum eſſet nihil
Si per plenum,ergo iam vnũ corpus eſſet
in alio,& ſic duo corpora eſſent in vno &
eodem loco,quod eſt impoſſibile. Vnde di
cebant quod tantum vnum eſſet ens con-
tinuum & ſine motu & immobile. Areſto
aũt dicit,ꝙ tales nõ ſũt phyloſophi q̃a phi
loſophi preſuponunt motũ eſſe. Alij autẽ
dicebant motum non eſſe,propter infinita
tem ſpatij,ſicut Zenon & eius ſequaces.
Dicebant enim ſic. Si poſſibile eſt motum
eſſe,ponatur in eſſe naturali motus,anteq̃;
autem corpus moueatur de loco ad locũ,
oportet vt pertranſeat partem ſpatij prius,
anteq̃; totum ſpatium pertranſeat,& iterũ
partem ſpatij,& ſic in infinitum,quia infi-
nite ſũt partes ſpatij,ſed infinitum nõ con-
tingit pertranſiri,ergo non eſt motus. Sed
Areſt.ſoluit hoc in ſexto Phyſic. & dicit,
ꝙ dupliciter poteſt conſyderari ſpatium.
Vno modo modo quo ad actum, alio
modo quo ad potentiam. Ad actum vero
ſiue quod ad extremitates,ſic ſpatium non

Hic recitat Areſ.1. phy. & ibidem reprobat. 2. opinio.

Motuũ opiniones.

Solutio ig Tex.cõ.19.

 eſt in-

Duplex eſt opinio conſcedentiũ motum. Prima.

eſt īfinitũ. Ad potentiam ꝟo ſiue diuiſionẽ ſic eſt infinitum, propter infinitatem partium proportionabilium ſpacij. Eorum ergo qui ponebant motum eſſe, quidam ꝑ vacuum, quidam per plenum. Per vacuũ motum fieri dicebãt Democritus & Leucipus & ſequaces. Eorum qui ponebant rerum naturalium principia eſſe corpora indiuiſibilia (quæ ſunt atomi) dicta ab a ꝙ eſt ſine, & tomos diuiſio, quaſi ſine diuiſione. Et dicebant, ꝙ non contingeret videre, nec agere, nec eſſe aliquem motum niſi ꝑ vacuum. Vnde dixerunt, ſi totum vniuerſum eſſet vacuum, contingeret videre muſcam in cœlo. Areſtoteles aũt dicit, quod nec bouem nec aſinum contingeret videri in cœlo. Et dicit, ſi totum eſſet vacuum nullus eſſet motus, non enim contingit motum eſſe ꝑ vacuũ. Et hoc demõſtrat in .iiij. phyſic. ſic. Velocitas & tarditas motus cauſantur a leuitate & tarditate eius quod mouetur et a ſubtilitate & groſſitie medij ꝑ ꝙ fit motus, Ponatur ergo, ꝙ corpus grauiſſimum moueatur per medium ſubtiliſſimũ, tunc conſtat ꝙ iſte motus eſt velociſſim⁹

Motum in vacuo exerceri non poſſe Areſto. 4. Phyſicorum in tex. com. 71. 72. & deinceps ꝓbat.

Et mo-

Et motus velociſſimus eſt qui menſuratur
tēpore minimo. Velox enim, vt dicit Are
ſtoteles, eſt quod in pauco tempore multū Velox 4 phiſi. in tex
pertranſijt. Tardum eſt, quod in multo tē com. 95.
pore parum mouetur, ergo ſi motus eſſet Tardum.
per vacuum (cum ipſum vacuum in infini
tum excedit medium ſubtiliſſimum) con-
ſtat ꝙ ille motus eſſet velocior velociſſimo
& per conſequens menſuraretur tempore
minori minimo. Sed hoc ē impoſſibile, nul
lus enim motus eſt velocior velociſſimo,
nec aliquod tempus eſt minus minimo, er
go per vacuum non contingit eſſe motū. Vacuum.
Eſt enim vacuum, locus carens corpore.
Et hæc eadem ratio valet ad intelligendū,
ꝙ licet angelus moueatur de loco ad locū, De motu an
non autem per medium, motus enim eius geli.
velocior eſt omni motu corporis in infini
tum. Et etiam quia motus angeli non men
ſuratur tempore, ſed nunc. Et ſi obijcitur ꝙ Obiectio.
inter duo nūc, eſt tempꝰ mediū. Et ſi motꝰ Duplex nūc.
āgeli menſurat̄ ꝑ nūc et nūc, ergo mēſurat̄
tpe. Dicendū ꝙ duplex ē nūc, ſcz fluēs, &
inter duo nunc talia bene eſt tempus medi
um, tali nunc non menſuratur motus ange
li. Ali-

li. Aliud eſt nūc viciſſitudinatum, & inter
2 duo nunc talia non eſt tempus medium,
& tali nunc, menſuratur motus angeli. Sed Areſtoteles dicit motū eſſe perplenum in actu, & per vacuum in potentia. Sicut videtur quando aliquid mouetur in aere vel per aquam.

DE DIFFINITIONIBVS MOtus.

Diff. motus.
Tex. cō. 6.

1 DE motu ergo dicendum eſt, quid ſit motus, & de eius diuiſione. Diffinitur enim ſic ab Areſto. tertio Phyſicorum. motus eſt entelechia entis exiſtentis in potentia ſecundum ꝙ huiuſmodi eſt, vt alterabilis quidem inquantum eſt alterabile, alteratio eſt. Item in eodem libro. Motus
2 eſt actus imperfectus, vnde actus perfectꝰ
3 eſt, quando forma perfecte acquiſita eſt in aliquo ſubiecto. Sed imperfectus eſt per oppoſitum. Auicenna diffinit ſic motum.
4 Motus eſt exitus de potētia ad actum cō
5 tinue, & non ſubito. Item diffinitur ſic. Motus eſt prima perfectio eius quod eſt in potentia. Quæ diffinitiones vt notæ fiant. Scien

NATVRA ALBER.

Sciendum, ꝙ rerũ quædam ſunt in potentia, vt ex eis eliciatur actus ſubito, & talium non eſt motus. Quædam autem ſũt in potentia, vt ex eis eliciatur actus non ſubito. & taliũ eſt motus. Hoc autem quod ſic eſt in potentia, duplicem habet potentiam, vnam reſpectu motus, aliam reſpectu eius quod adquiritur per motum. Et ſic patet qualiter motus ſit prima pfectio reſpectu ſequentis. Eſt enim motus actus, q̊ exiſtente, adhuc aliquid eius remanet. Forma autẽ quæ adquiritur per motum eſt perfectio, qua exiſtente nihil remanet ipſius Et nota ꝙ motus proprie non menſuratur niſi tempore tanq̃ propria paſſione. Vnde cum tempus eſt continuum & motus continuus ſit. Continuum autem ẽ cuius partes copulantur ad communem terminum, ergo motus habet partes & medium. Et ex hoc ſequitur, ꝙ quicquid mouet, pri⁹ nõ mouebat, & mouebit. Eſt ẽm pti in termĩo a q̊ et pti in termĩo ad quẽ, et ptim in medio. Talis igit mot⁹ nõ eſt niſi corporũ quæ partem & partem habet & medium. Item nota differentiam inter continu

Res in potentia eſt dupliciter. Mobile eſt in potentia ad duo .ſ. ad motum et ad terminũ motus Cõm.

Motus menſuratur tempori. Cõm. Conti nuum

Et id diffuſe. 6. phyloſ. oſtendit ex eo quod in motu nõ datur primum ſimplicit nec vltimum.

tinua, contigua, & conſequenter ſe habentia. Continua ſunt, quæ copulant̃ ad vnũ terminum communem ſicut linea ad punctum, partes ſuperficiei ad lineam, & partes corporis ad ſuperfitiem. Contigua ſunt quorum partes & termini ſũt ſimul & nõ diſtant, vt penna & pergamenum, quoniam termini horum idem ſunt. Conſequenter vero ſe habentia, ſunt quæ non habent medium inter ſe ſui generis, aliud autem nihil prohibet eſſe medium. Et ſumatur genus large, vt duo ſcilicet aſini ſunt eiuſdem generis, & duæ domus, & his ſimilia. Item nota, ꝙ ad vnum motum numero, vt dicit Areſto. v. Phyſicorum, tria exiguntur. ſ. ut illud quod mouetur, ſit vnum numero. Et forma quæ adquiritur per motum ſit vna numero. Et tempus menſurans motum ſit vnum numero et continuum, ita quod nõ intercidat quies, vt dicit in eodem Areſtoteles. Multi ſunt motus & non vnus motus, quorum quies ẽ medium, quare ſi motus aliquis a ſtatu occuparetur, non eſſet vnus motus nec continuus, vt ſi ſagitta fuerit miſſa in altum, & ibi aliqualiter quieſcat, ille

Continua. 5 Phy. tex. cõ. 26. Cõtigua

Conſequenter ſe habentia.

5. phyſi. tex. com. 25.

Ad vnitatẽ numeralem motus tria requiruntur

5 phiſicorũ. tex. cõ. 24

ſcat, ille motus in ſurſum eſt diuerſus a mo tu deorſum per quietem interpoſitam. Et hoc valet ad cognoſcendum quando vnū ſit peccatum & quando plura. Item notandum, aliquid mouetur per ſe, aliquid per accidens, per ſe mouetur ſubiectum, per accidēs vero mouetur aliquid dupliciter. Vno modo ſicut forma in ſubiecto, vt albedo mouetur motu ſubiecti, ſecundum quod dicit. Motis nobis, mouenť omnia quæ in nobis ſunt. Alio modo ſicut partes in toto, vt clauus motu nauis.

Aliquid mouetur per ſe aliquid enim per accidēs dupliciter.

PARTICVLA SECVNDA, de motus diuiſione.

NVnc dicendum eſt de diuiſione motus Mot⁹ enī vno mō diuidiť ſic. Motuum alius naturalis, alius animalis, alius violentus. Naturalis eſt ille cuius principium intra ſe eſt natura. Animalis eſt, cuius principium intra ſe eſt anima. Violentus, cuius principium eſt extra, non conferente vim paſſo. Et hæc diuiſio ſumiť ex eo quod dicit Areſt. vij. Phyſicorum. Omne quod moueť, vel mouetur a ſeipſo, vel ab alte-

prima diuiſio motus.
Motus naturalis.
Animalis.
Violentus.

In tex. com. 10.
Notabile.

ab altero. Et nota, ꝙ motus naturalis in principio eſt remiſſius, in fine intẽſus. Animalis eſt in principio & in fine remiſſus, in medio vero intenſus. Violentus vero eſt in principio intenſus, & in fine remiſſus. Motum violentum Areſt. vij. Phyſico diuidit in .iiij. ſpecies, ſcz in pulſionem, tractionem vectionẽ & vertiginem. Pulſionis duæ ſũt ſpecies, ſcilicet, impulſio & expulſio. Impulſio eſt quando mouens ab eo quod mouetur, non deficit. Expulſio autem quando ab eo quod mouetur, expellens deficit. Tractio, cum ad ipſum vel alterum velocior eſt motus trahentis nõ ſeparatus ab eo quod trahitur. Et ad hunc motũ reducuntur, in ſpiratio & reſpiratio, ſpeculatio, radiatio, ſunt enim ſimiles tractioni. Vectio eſt, quando aliquid non ſecundum ſe, ſed ſecundum accidens mouetur, & hoc contingit tribus motibus, ſ. impulſione, tractione, & vertigine. Vertigo eſt motus cõpoſitus ex tractione & impulſione. Alio modo Areſtoteles in poſtprædicamentis diuidit motum in ſex ſpecies ſcilicet, in generationem, corruptionem, augmentationẽ, diminutio-

Vbi ſupra. Diuiſio motus violenti. Impulſio. Expulſio. Tractio.

Vectio.

Vertigo. Secunda diuiſio motus.

minutionem, alterationem, & loci mutatio nem. Cuius ſex ſunt differentiæ. ſ. ante & retro, ſurſum, deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Et ipſe corrigit ſe in phyſicis: dicens, Generatio & corruptio non ſunt motus, ſed mutationes vnde in.v.phyſi. hæ q̄dem ſunt mutationes, motus autem non ſunt. Motus enim eſt de ſubiecto in ſubiectum, id eſt, de ente ad ens. Generatio vero eſt de non ente ad ens. Corruptio vero eſt de ente ad non ens. Item motus non eſt niſi in re exiſtente actu & in re fixa, & in tēpore, & non inſtanti, ergo generatio & corruptio non ſunt motus, ſed mutationes Omnis enim motus eſt mutatio, ſed non conuertitur. De his ſpetiebus plenius dicendum erit in tractatu de elementis. Item nota, ꝙ aliquid mouetur per locū, & tempus, vt corpora. Quædam per locum, ſed non per tempus, ſecundum quoſdam, vt lux ab oriente in occidens in inſtanti. Alij dicunt, quod ille motus eſt in tempore imperceptibili. Quædam per tempus, ſed nō per locum, vt angelus. Aliquid vero nec mouet̄ per tempus, nec per locum, vt De

Sex ſunt differentiæ poſitionum. Tex. cō. 8.

Generatio et corruptio ſunt motus.

Aliquid moueri capitur multipliciter 1 2

PARTICVLA TERTIA DE Quiete, motui oppoſita.

Quies.

Quies ſecũdum Auicẽ.

Quietis diuiſio naturalis.

Animalis.

Violenta.

DIcto de Motu, dicendũ eſt de Quiete, oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Quies aũt ſic diffinitur: Quies eſt id quod ineſt rei, de cuius aptitudine eſt quod moueatur, nõ tamen eſt mota. Item Auicenna ſic diffinit quietem. Quies eſt priuatio motus in illo de cuius aptitudine eſt quod moueat̃, non tamen eſt motum. Ex hoc patet ꝙ ſicut motus fit in tempore, ita & quies in tempore. Non antem hic dicere intendimus de quiete, ſecundũquod aũt in deo eſt & angelis. Itẽ ſicut motus diuiditur in naturalem, animalem & violentum. Ita quies diuidit̃. Quies naturalis, eſt quando corpus eſt in proprio ſuo loco determinato ſibi a natura, ſicut terra in centro, & ignis in alto. Quies animalis eſt quando animal ceſſat a motu ſuo in quo fuit, ſiue cõiungatur appetibili ſiue non. Quies violenta, eſt quando corpus eſt in loco ſibi accidentali, ſicut ſi terra

eſſet

eſſet in alto, & ignis in centro.

CAPITVLVM QVARTVM: quarto Phyſi. reſpondens, quatuor habet particulas. Prima eſt de loco.

SEquitur de loco, vnde locus ſic diffinit̃ a Damaſceno. Locus, eſt corporis finis eius q̃d continet, ſecundũ ꝙ continet, vt puta aer continet corpus, corpus autem ab aere cõtinetur. Ab Areſto. diffinit̃. Eſt vltima ſuperficies corporis continentis immobilis primum. Eſt aũt duplex locus, ſcilicet intelligibilis & ſenſibilis. Intelligibilis, eſt locus ſpiritualium creaturarum, vt angelorum, & animarum corporibus exutarum, quæ licet ſint in loco corporali, non tamen corporaliter, ſed intelligibiliter, vt dicit Domaſcenus. Eſt autem intelligibilis locus, vbi intelligitur aliquid eſſe, Et eſt intelligibilis, & intelligibilium vt alicuius incorporeæ naturæ, quæ quidem nimirum ibi eſt, vbi operat̃. Locus ſenſibilis vel corporalis eſt locus corporum ſecundum ꝙ diffinitus eſt ſupra. Et nota, ꝙ aliquid tripliciter dicit̃ eſſe in loco, circumſcriptiue, diffiniti

Locus ſecundum Damaſcenum.

4. Phy. tex. com. 29.

Locus intelligibilis.

Corporalis.

In loco eſſe tripliciẽ contingit. A

finitiue, et repletiue, circũſcriptiue aliqd dr̃ eſſe in loco, cui põt aſſignari principium, mediũ & finis in loco, vel cuius partes cõmenſurantur partib⁹ loci, & ſic corpus eſt in loco. Diffinitiue aliquid dicitur eſſe in loco, quod ſic eſt hic, quod non alibi, & ſic ſunt angeli in loco, Angel⁹ eſt ibi vbi operatur, vt dicit Damaſce. & animæ exutę a corpore, Dico exutæ, quia anima vnita corpori, ẽ in eodẽ loco cũ corpe, nõ p ſe, ſz per accidẽs, Repletiue dr̃ aliqd eſſe in loco, ꝙ replet omnem locum, & ſic deus dicit̃ eſſe in loco. qa omnẽ locum replet. Item quædã ſunt in loco p ſe, vt ſubiectum, quædã per accidens, vt ea quæ ſunt in ſubiecto, vt albedo, nigredo, vel partes integrales, vt digitus in manu, Itẽ duplex ẽ locus, quidam eſt cõmunis, & qdã ꝓprius. Locus cõmunis, & ſicut cælũ, de q̃ dicit Damaſce. Cœlũ eſt continẽtia viſibilium & inuiſibilium creaturarum. Et domus, locus communis eſt omnium quæ in domo ſunt. Locus proprius, eſt circumſcriptio corporis, tantum vnam rem includens, nec maior nec minor corpore quod includit. Et ſecundum

In loco eſſe per ſe & p accidens.

Locus communis.

Locus proprius.

dum hoc, locus eſt quantitas.

PARTICVLA SECVNDA EST de tempore, & his quæ pertinẽt ad ipſum.

SEquitur de Tempore, de quo primo dicendum eſt, quid ſit tempus, Secundo, quid ſit eſſe in tempore. Tertio de differentijs temporum. Quarto, de eius diſtinctione. Tempus autem ſic diffinitẽ ab Areſtotele quarto Phyſi. Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Item, tempus eſt menſura motus rerum mutabilium ſecundum prius & poſterius Quæ diffinitiones intelliguntur manifeſte ex comparatione temporis ad motum localem cuius propria & per ſe paſſio eſt tempus. Motus igitur localis eſt ſupra magnitudine, quæ habet partem ante, & partem poſt, & illæ partes dicuntur reſpectu alicuius mediæ partis. Mobile autem qđ mouetur ſuper ipſa magnitudine, eſt quid diuiſibile, & eſt in potentia ad renouationem vbi loci, & ſitus. Et cum ipſa potentia ſit diuiſibilis, & omnis diuiſibilis ſit menſura aliqua,

ꝓponit dicẽda.

Tempo. diſ.

Com. 101 & 108.

Ex comparatione temporis ad motum localem & motus localis ad ſpatium diff. tẽporis intelligendæ ſũt.

ra aliqua, ergo illius potentiæ exitus ad actum, erit menſura aliqua. Ipſum autem quod fertur vel mouet in motu ſuo, vnū & idem eſt ens, habens tamen comparati onē ad diuerſas ptes magnitudinis, vcz re ſpectu termini a quo, & termini ad quem eſt motus, continue reſpectu medij. Cum igitur motus ſit medium inter magnitudinem & menſurā ipſius motus, ideo menſura potentiæ exeuntis in actum continue habebit tria cauſata a motu, vel ab ipſa potentia continue procedente in actum. ſ. prius & poſterius cauſata a priori & poſteriori in motu. Et medium continuās quod reſpondet ei, quod fertur vel mouetur cō tinue a termino a quo, in terminū ad quē. Et ſic patet, quod motus eſt continuus a continuitate magnitudinis ſiue ſpatij ſuper quo mouetur. Et ſic in motu eſt prius & poſterius, ac medium. Sed illud medium non eſt idem manens. Sicut etiam in magnitudine, vel in vbi, vel in ſitu, non eſt ſp idem medium inter quamcumq; partem acceptam ante, & acceptam poſt in tota magnitudine. Sicut autem idem eſt quod fertur

In tempore quod eſt mē ſura motus tria ſunt, prius poſterius & medium.

Cōr. In motu aſſignatur prius poſterius & medium quod tñ minime idem manet.

Mobile in toto motu

fertur vel mouetur continue in tota ma gnitudine ſecundum ſubſtantiam, & non habet idem eſſe hic vel ibi id eſt ante vel poſt ita eſt idem nunc, ſecundum ſubſtantiam quod adiacet ei, quod mouetur vel fertur, & tamen nõ habet idem eſſe, ſicut nec quod fertur vel fluit a parte priori in poſteriorem magnitudinis, cum tamen maneat in ſubſtantia, idẽ motũ cõtinue. Et ſic patet ꝙ nũc eſt ſubſtantia tẽporis qa tẽpꝰ nihil aliud eſt niſi cum fluens, fluxu ſuo ſuſcipiens eſſe continuum. Nihil enim eſt accipere de tempore niſi nunc. Quod em̃ præteritum eſt, non eſt. Quod futurum eſt, nondum eſt. His habitis, ſciendum ꝙ duplex eſt numerus. ſ. numerus numerãs & numerus numeratus. Numerus numerans, eſt numerus permanens quo multa poſſunt numerari, vt denarius, vigenarius & huiuſmodi, q̊ numerantur decem aſini, vel ſimilia. Numerus autem numeratus ẽ res numerata, vt canes, aſini vel boues, & ſimilia. Numerus autem numeratus dicit̃ dupliciter, ſecundum potentiam. ſ. & ſecundum actum, Secundum potentiam dicit̃

ſecundũ ſubſtantiam rerum manet.

Cõparat nũc ad mobile.

Cõr̃. Nunc fluens de ſubſtãtia temporis eſt

Numeri particio. Numerus numerans.

Numerus numeratus. Et ẽ duplex.

proprie numerabile, vt arena, ſecundum actum vero, vt res numerata ſecundum actum. Item numerus numeratus duob⁹ modis numeratur.ſ.a cauſa numeri hoc ē a cauſa quæ facit numerum eſſe,& ſic tempus numeratur a motu quia prius & poſterius in tempore,cauſantur a priori et poſtetiori in motu. Aliter numeratur numerus numeratus a partibus ſuis & a ſubſtātia ſua,ſecundum quod habet eam. Et ſecundum hoc dupliciter numerat̄ tempus ſ.a priori & poſteriori in tempore,vt a ptibus,& a nunc iterato ſecundum eſſe, eodē tamen manente ſecundum ſubſtantiam,et ſic numeratur tempus tanq̄ a ſubſtantia ſua.Item alio modo conſyderatur numerus qui eſt in tempore,vt ſcilicet eſt menſura reddens quantitatem motus,& ſic tēpus eſt numerus menſurans motum. Certificatur enim primo quantitas temporis ex numero ſuarum partium,& ex ſubſtātia ſua.Et hæc certificata certificat quantitatem motus. Et hoc eſt quod dicit Ariſtoteles,quod tempus eſt numerus minimus.Minimus autem numerus eſt duo, dico mi

Tempus dupliciter nūeratur.

Declarat q̄ pacto tēpus ſit numerus numerans,

4.phi.in tex com 108.

dico minimus numerus numeri numerati
Minimus enim numerus numeri numerã Cōr. 1.
tis eſt binarius. Vnde tempus menſurat
motum vel numerat, eo modo quo duo
multotiens accepta, explicant diuerſas par Cōr. 2.
tes numeri. Vnde tempus non multiplicat
numerum vltra duo, ſcilicet prius & poſte
rius, ſed illa multotiens accipiuntur ſecun-
dum partes illius motus in tota quantitate
motus. Et ſic patet qualiter tempus eſt nu Cōr. 3.
merus motus ſiue menſura, ſecundum pri Cōr. 4.
us & poſterius. Ex hoc etiam patet ꝙ mo-
tus non poteſt eſſe numerus temporis per
ſe, ſed per accidens, licet ſit cauſa temporis,
quia non eſt cauſa intrinſeca, ſed efficiens
extrinſeca. Præterea, in motu non eſt idem
manens iteratum in ſubſtantia, nec manẽs
in eſſe eodem. Quia illud quod eſt accipe
re de motu, non eſt idem permanens in
ſubſtantia, ſed nunc quod eſt accipere de
tempore, eſt permanens idem in ſubſtantia
& eſt loco vnitatis iteratæ in numero. Et
ſic patet quid ſit tempus, quia eſt propria Cōr. 5.
paſſio motus, & quomodo menſurat mo-
tum. Sed nota quod Nunc, duobus mo-

In motu nõ datur idem iteratum pmanens ſicut in tempore.

Duplex eſt nunc ſ fluẽs

d dis acci-

& ſignatum

dis accipitur, vt dicit Auicenna, ſcilicet ꝓ nunc, quod eſt ſubſtãtia temporis, de quo nunc, iam dictum eſt. Et pro nunc ſignato, & illa acceptio proprie dicitur ad ſimilitudinem puncti, in linea exiſtentis, Ponatur enim per impoſſibile, ꝙ ſit punctus fluens per lineam. Punctus ille fluxu ſuo continuo facit lineam ſucceſſiuam, quæ ꝑmanentiam non habet in partibus, quæ in quam linea ſubſtantiam non habet aliquã niſi ſubſtantiam pũcti, ſed tamẽ habet eſſe alterum ſecundum, quod punctus eſt hic vel ibi, ſecundum longitudinem ante vel poſt. Et cum illo puncto, nunc, ſimilitudinem habet, quod eſt ſubſtantia temporis.

punctum ſuo fluxu more mathematico lineam faciens cum nunc quod ē ſubſtantia tẽporis ſimilitudinem habet.

Et ſic non accipitur nunc, vt eſt terminus temporis, ſed vt eſt ſubſtantia ipſius. Sed in mathematica longitudine eſt punctus terminans, & cum illo habet ſimilitudinẽ nunc, ſecundun quod eſt terminus temporis, ſed non terminans actu, ſed in comparatione ad intellectum, vel ad aliquem motum. Sed ſi quis vellet diſtinguere, ſecundũ Auicennam, diceret, Quod nunc, quod ē ſubſtantia temporis, dicitur proprie, inſtãs

quaſi

quaſi noninſtans. Nunc autem quod eſt terminus temporis retinet proprie nomen ipſius nunc. Et nota, ꝙ punctus ad lineā & nunc, ad tempus in quibuſdam ſimiliter ſe habent, in quibuſdā diſſimiliter. In terminando & continuando quodammodo ſimiliter ſe habēt, ſed in eſſendo (ut ita dicā) ſiue ſubſtantiando non habent ſe ſimiliter, quia punctus non facit lineam, neq̧ fluēs neq̧ non fluens. Sed nunc fluxu ſuo facit tempus, quod dictum eſt, & ideo punct⁹ non eſt ſubſtantia lineę, ſed nunc, eſt ſubſtantia temporis. Diximus autem quod nunc, & punctus in terminando & continuando q̄dammō ſe ſimliter habent, quia in linea eſt accipere duo puncta terminantia actu. Sed Auicenna probat, ꝙ nunc, nō eſt terminus actu in tempore, eo ꝙ non ē interruptio temporis ſecundum naturam, ſed ſecundum intellectum vel comparationem ad aliquem motum terminatum. Similiter punctus continuans eſt principiū & finis lineæ, & ideo qui vtitur puncto continuante, bis vtitur eodem, & ideo quiescere in tali puncto accidit, & hoc verum

Punctus ad lineā & nūc ad tp̄us in aliquo ſimiliter ſe habent, & in aliquo diſſimiliter.

Puncto continuante vt duobus utē contingit, et in eo aliqđ quieſcit.

eſt ſi motus ſit per lineam, ita ꝙ mobile vta tur puncto continuante, vtetur ipſo in ratione finis ad precedentem magnitudinem & ita vtitur eo quaſi immotum eſſe, quia moueri ſiue motus non eſt in fine alicuius magnitudinis, ſed in medio, vt probatur ſexto phyſicorum. Si autem vtitur ipſo in ratione principij, tunc vtitur eo vt poſt, ꝙ eſt motus inſequenti magnitudine, ſed quã docunq; vtitur puncto, vtitur eo in nunc. ſed bis vtit̃ eo, ergo vtit̃ puncto bis in duobus nunc. Sed inter quælibet duo nunc, ẽ temp⁹ mediũ, ergo inter nũc, in qb⁹ vtit̃ eodem puncto vt principio & fine, erit tempus medium, & in illo erit quies. Et hoc ẽ, quod dicit Areſto. quarto phyſicorum, ꝙ
In tex. com. 106. quando mobile vtitur vno puncto vt duobus quieſcere accidit. Eſt ergo diſſimilitudo, quia punctus continuans qui eſt in linea bene accipitur bis, vt eſt principium & finis, ita ꝙ nihil eſt medium. Sed nunc, nunq; poteſt accipi vt finis, ita vt pr̃icipiũ niſi cadat tempus medium. Et nota, quod
Subſtãtia dicitur dupliciter. ſubſtantia dicitur dupliciter. Vno modo quod quid erat eſſe, & ſi nunc, non eſt ſub ſtantia

ſtantia temporis, quia indiuiſibile non eſt
ſubſtantia diuiſibilis. Alio modo dicit̃ ſub- 2
ſtantia illud quo res eſt, et ſic bene aliquod
indiuiſibile poteſt eſſe ſubſtantia diuiſibi-
lis ſed tamen eſſe diuiſibile erit ab aliquo
alio, & ſic nunc, eſt ſubſtantia temporis, cu
ius tamẽ eſſe erit a fluxu ipſius præteritio
in futurum. Reſtat nunc dicere, quid ſit eſ
ſe in tempore. Et ad hoc ſciendum, quatu-
or modis dicitur aliquid eſſe in tempore.

Aliquid in tẽpore eſſe q̃tuor modis contingit.

Primo ſicut in ſubiecto, & ſic paſſiones tẽ- 1
poris ſunt in tempore, ſicut longum, breue,
paucum, multum. Secundo modo aliquid
eſt in tempore, ſicut id quod eſt in ſubſtan 2
tia temporis, ſic nũc eſt in tempore. Tertio 3
modo aliquid dicitur eſſe in tempore ſicut
terminans in terminato, & ſic nunc ſigna- 4
tum, eſt in tempore. Quarto aliquid eſt in
tempore ſimpliciter ſicut in numero, et hoc
eſt quod toto tempore vel parte tempo-
ris menſuratur, & hoc contingit duobus
modis, ſcilicet, abſolutæ & per comparatio
nem. Abſolute adhuc duobus. ſ. per prius
& poſterius, per prius eſt aliquid in tem-
pore vt motus & mobile, ſecundum quod

Aliquid eſſe in tempore & in menſura dupliciter intelligitur.

1 eſt in motu, per poſterius, vt quies vel quieſcens, ſecundum quod refertur ad motum.
2 Per prius eſſe in tempore adhuc dr̃ duob⁹ modis. ſ. in toto tempore menſurari, & parte temporis menſurari, toto tempore menſurari ſicut motus cœli, p̃te temporis, ſicut a lij motus particulares. Per comparationẽ vero aliquid dicitur eſſe in tempore tribus modis. Aut enim id quod comparatur, eſt immobile ſecũdum eſſe, poſſe & agere, ſed comparatur ad rem mutabilem & mobilẽ ſecundum aliquam durationem excellentem eẽ in añ & p⁹ concõmitatiue, & ſic dicit, deus eſt, deus fuit, deus erit. Senſus eñ eſt (vt dicit beatus Hyeroni.) Deus eſt, id eſt, deus ſemper eſt. Deus fuit, id eſt, Deus nunq̃ defuit. Deus erit, id eſt, nunq̃ deerit.

Eſſe in tempore per cõparationem triplicit̃ contingit. 1

2. Aut enim quod comparatur ſecundũ eſſe eſt immobile, ſed ſecundum poſſe eſt motu coniunctum, & eſt mobile ſecundum viciſſitudines, & ſic angelus eſt mobilis ſecundum omnes differentias temporis, q̃a potentia angeli viciſſitudinatur per actus, intelligendo diuerſa & volendo, & hoc quantum ad cognitionem veſpertinã. Et ſecundum

cundum hoc dicit beatus Auguſtinus, ꝙ
deus creaturam ſpiritualem mouet per tē-
pus,creaturam vero corporalem per tem-
pus & locum. Aut tertio modo ita eſt, ꝙ
eſſe rei totum ſimul eſt,ſed habet potentiā
ad motum continuum, & hoc dicitur ad 5 Habere po-
differentiam motus angeli. Et hoc contin tentiam ad
git duobus modis ſecūdum duplicem mo continuum
tum potentiæ. Eſt enim motus potentiæ motum fit dupliciter. 1
ad vbi tantum,et ad formam,et primo mo
do cælum eſt in tempore. Secundo modo
generabilia & corruptibilia ſunt in tempo
re. Tempus diuiditur per differentias tres 2 Tpis diuiſio
ſ.præſens,præteritum,& futurum. Præte- Præteritum.
ritum eſt,quod fuit,& iam non eſt. Futu- Futurum. Præſens.
rum eſt,quod iam non eſt,ſed erit. Præſēs Ariſto.4 phi ca.6 tracta.
eſt finis præteriti & initium futuri, conti- 3. Iam.
nuata ad inſtans. Iam vero, eſt pars tempo
ris,quod eſt prope præſens nunc, vt iam fa
ciā. Et eſt pars præteriti prope preſens nūc
vt iam feci. Modo, eſt pars præteriti prope
præſens nunc, vt modo comedi. Olim aūt, Modo. Olim.
eſt quod procul eſt a præſenti nunc, vt olī Repente.
feci. Repente vero eſt, quod eſt in tempo-
re inſenſibili propter paruitatem ſui. Subi- Subito.

to autem, vt dicit Diony. in myſtica theolo
gia, eſt quod præter ſpem eſt, & ex re non
apparente deductum eſt ad manifeſtum.

Declarat tempus triplici mutationi eſſe attributum.

Vltimo nota, quod tempus multipliciter
dicitur. Aliter enim dicitur tempus ſecun-
dum ꝙ adiacet motui naturali. Aliter quã
do adiacet indiuiſibili mutationi, ſiue illa ſit
naturalis, ſiue ſupra naturam, ſiue ſit in
formis ſpiritualibus, ſiue in corporalibus

Primo adiacet mutationi naturali.

Tempus enim quod adiacet motui, eſt pro
prietas motus cui accidit, & ideo tota na-
tura & principia dependẽt a principijs mo
tus. Motus autem eſt proprietas mobilis ſe
cundum ꝙ mobile, ideo principia principi
antur ab ipſo. Vnde cum mobile in natura
ſit diuiſibilis, & ſit partim a termino in quo
& partim in termino ad quem, ſecundum
hoc quod habet medium per quod moue
tur, habet rationẽ principij & finis & ideo
motus ipſius eſt actus impfectus. Et hoc
ꝙ ſit actus perfectus, habet a termino ad
quem. Quod autem ſit actus imperfectus
habet a termino a quo. Et ſimiliter temp9
quod adiacet ei, eſt cum priori & poſteri o
ri, quorum vnum habet a termino a quo

ſ. prius

ſ.prius, & alterum a termino ad quē .ſ.poſterius. Et quod de tempore eſt accipere, eſt nunc fluens coniunctum priori & poſteriori, & illud eſt tempus in q̄ duo nūc, ſe non contingunt, nec conſequenter ſe habent ad inuicem. Et hoc tempore menſuratur motus primi mobilis, & p̄ conſequēs omnes alij motus qui ſunt ſub motu cœli. Omnis enim motus naturalis (ſicut dicit Areſto. menſuratur per motum cœli tanq̄ per ſimpliciſſimum ſui generis. Et ſimiliter menſuratur per numerum motus cœli tanq̄ per extrinſecum adiacens ei, quod nō eſt in eodem genere, ſicut dicit phyloſoph⁹ q̄ in eodem numero numerante poſſunt eſſe plura numerata, plures enim res referri poſſunt ad vnum numerum. Eſt aūt aliud tempus quod adiacet mutationi ſupra naturam, ſicut eſt creatio, quæ licet non dicat mutationē in creatore, tamē dicit quandam mutationē in crearura, quæ mutatio creaturę nihil aliud eſt q̄ exiſtentia creaturę poſt nihil. Et in hac mutatione non eſt accipere ſubſtantiam vel materiam, ſupra quam fit mutatio, Neq̄ enim eſt accipere

Secūdo mutationi ſup naturali. De creatiōe

priuationem vel terminum a quo, niſi ſecū dum rationem, non ſecundum eſſe. Cum enim dicitur, hoc fit ex nihilo, per hoc, nō ponitur materia, ſed tantum ordo denotat̄ ſecundum rationem entis, ad pure non ens ſecundum rē em̄ non ē ordo entis ad nō ens. Et illud tempus eſt diuiſibile, ſicut & ipſa mutatio. Non enim eſt in ipſa accipere rationem perfecti & imperfecti (niſi ſecundum quid) ſicut in alio motu. Et eſt tertio modo tempus quod adiacet motui animæ. Cuius motus eſt (vt dicit Auerrois) actus perfectus, & hoc maxime eſt, qn̄ anima mouetur de peccato ad gratiam, in quo motu nihil eſt de interceptione medij a quo cauſaretur fluxus temporis. Anima enim ſemper eſt ſub gratia vel peccato, ſicut eſt de alteratione albi in nigrum, vbi ē interceptio medij coloris. Et ſimiliter hoc tempus quod adiacet motui animæ, adiacet motui angeli, ſcd'm q̄ dicim⁹ āgeli mouent̄ in tp̄e et ītelligūt in tp̄e ſecundū curſum angelicæ intelligentiæ ſuper res intelligibiles in cognitione veſpertina. Dico autem ſecundum cognitionem veſpertinā, quia ſe-

Tertio tempus aliquod motui animæ adiectū eſt.

De cognitione angelorum & veſpertina ac matutina videat Bona. li.2.di.4. atque alij doctores ibi.

quia ſecundum cognitionem matutinam attingunt æternitatem. Et iſtum motum tam animæ q̃ angeli menſurat nunc viciſſitudinatum, ſecundum ꝙ anima vel angelus mouet̃ de vno intellectu in aliū, vel de de vna voluntate in aliam, & quilibet act⁹ eius eſt perfectus. Et hoc ē, quod dicit beatus Augu. Deus autem creaturam corporalem mouet per tempus & locum, creaturā vero ſpiritualem per tempus tantum. In hoc tempore non eſt inconueniens ꝙ nunc, ſit conſequens ad nunc, ſine medio tempore. Et nota, ꝙ tempus eſt plus cauſa corruptionis q̃ generationis, vt dicit philo Te.cõ.125 ſophus quarto Phyſicorum, propter mutationem quam menſurat, quæ facit diſtare a principio. Quod enim antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Et hæc de tempore ſufficiant.

PARTICVLA TERTIA DE his quæ ad rationē æternitatis pertinent.

ET quia dictum eſt de tempore quod ſit temporalium menſura, dicendum

nuuc eſt de æternitate, quæ eſt menſura æternorum & de æuo, quod eſt menſura æuiternorum. Quædam enim ſunt vt dicitur in libro de cauſis, quorum ſubſtantię & actio ſunt in tempore, ſicut natura infima cuius entis eſſe eſt per generationem.

Subſtantiæ agentes triplices ſunt.

1

2 Quædam vero ſunt quorum ſubſtantia et actio ſunt ſupra tẽpus, vt natura ſuprema, vt deus pater, filius, ſpiritus ſanctus.

3 Quædam etiam ſunt quorum ſubſtantia eſt extra tempus, ſed actio in tempore, ſicut natura media, cuius eſſe eſt per creationem. Quartum vero membrum ſtare non poteſt, ſi enim eſſet actio alicuius rei prius quam ſubſtantia, quod eſt impoſſibile. Itẽ, illæ tres menſuræ capiuntur in comparatione ad durationem. Eſt enim quædam duratio habens principium & finem, ſicut tẽpus & motus. Et eſt quædam duratio nõ habens principium neq; finem, ſicut æternitas. Et eſt quædam duratio habens principium, ſed non finem, vt æuũ. Quartum membrum iterum ſtare non poteſt, ſcilicet quod aliquid eſſet habens finem et nõ principium. Omne enim quod habet finem, habet prin-

Triplex eſt rerum duratio.

bet principium,& non econuerſo. Aeterni tas a Boetio in libro de conſolatione phi loſophiæ ſic diffinitur, eſt interminabilis vi tæ tota ſimul, id eſt, non diſtans & perfe cta poſſeſſio. Quæ diffinitio ſic declarari poteſt. Poſſeſſio eſt nomen cõmune omni menſuræ, omnis enim menſura poſſidetur ab eo cuius eſt per ſe, tanꝗ propria paſſio eius. Per hoc quod dicit, interminabilis vi tæ, tangit ſubiectum ipſius æternitatis. De um æternum, non habentem principium neqꝫ finem, quod tamen ſubiectum non ē aliud ab æternitate, niſi ſecundum rationē. Et potius dicit vitæ, ꝗ eſſe, per hoc innu ens differentiam ab illis quæ ſunt in æterni tate pænali, nõ habentia vitam beatã, neqꝫ iucundam. Vita enim, licet abſolute ꝓ qua libet vita accipiatur, tamen hic per compa rationem ſumitur pro vita beata atqꝫ iucũ da. Tota ſimul, dicit ad differẽtiam tempo ris, quod non totum ſimul eſt, ſed pars prę terita præterit, & pars futura non eſt, & nõ ponitur ibi ſimul, pro ſimultate partium, ſed dicitur ſimul, id eſt, non diſtans. Perfe cta dicit, ad differentiam æui, quod non ē

Aeternitas li. 5. pſa. 6

Declaratio diffinitiõis

omni

omnino ſimplex, ſicut nec illud cuius eſt menſura, perfectum, ibi enim pro ſimplici ponitur. Et notandum, ꝙ æternitas analogicæ ſiue per prius & poſterius dicitur de creatore & creaturis. Tres enim ſunt conditiones æternitatis propriæ dictæ ſcilicet: ſimplex, inuariabile, & interminabile, ſecundum ꝙ interminabile, non ſolum dicit priuationem finis, ſed etiam principij, & ſic ſoli creatori conueuit æternitas, ille enim ſolus eſt ſimplex, inuariabilis & interminabilis, Sed quædam creaturæ rationem interminabilitatis ſuo modo participant, ſicut animæ, angeli, & quædam corpora glorificata, poſt reſurrectionem participant rationem interminabilitatis, propter carentiam finis, ſed non principij. Et ob hoc animæ beatæ & angeli poſt reſurrectionem dicũtur æterna, & ſunt in æternitate. Aeterna propter interminabilitatem. In æternitate, propter inuariabilitatem. Item quædã creaturæ participant æternitatem propter rationem interminabilitatis, & ꝑpter carentiam finis, ſicut pœnæ infernales dicuntur æternæ, ſed non in æternitate ſunt, quia nõ partici

Tres ſunt cõditiões eternitatis.

participant rationem inuariabilitatis, ſed uariantur & augmentant̃ de tempore in tẽpus, inuariabilitas enim dicit bene eſſe, ſed hæc conditio quæ eſt ſimplicitas, ſimpliciter in nulla creatura reperitur. Item æternitas dicit excellentem menſuram quantũ ad vtrumq; terminum. ſ. tam principij q̃ finis. Et ſic (quedam creaturæ quo ad durationem ſunt generabilia & corruptibilia, et excluduntur ab æternitate) ſed non ſũt eterna, neque in æternitate. Quædam æterna ſunt & in æternitate propriæ dicta ſunt ſicut deus. Quædam improprie, & illorũ quædam ſunt æterna, & in æternitate per pticipationẽ, vt angeli animæ beatæ. Quædam ſunt æterna per participatione m ſed non ſunt in æternitate, ſicut pænæ infernales. Quædam nec æterna, nec in æternitatæ ſunt, ſed excluduntur ab æternitate, vt generabilia & corruptibilia. Quartum mẽbrũ ſtare non poteſt, quod aliqua ſunt in æternitate per participationem, ſed nõ æterna. Omne enim inuariabile caret fine, ſed non conuertitur. Sequitur de nũc æternitatis dedi quo dicit Boetius in libro de æternitate

Nũc eterni.

nitate

nitate. Quod nunc eſt ſtans & non mo-uens ſe, ſemper facit æternitatem, quod melius intelligitur facta comparatione ad nunc temporis. Imaginetur itaque linea a.c. & ſit b. punctus & ipſum. b. moueatur in iſta linea ab a. in c. diſtinguens prius a. a poſteriori c. Primam partem ſcilicet a. dicimus pertranſitam, poſteriorem vero pertranſeundam. Similiter intellige per. a.c. totum tempus, per b. ipſum nunc temporis, quod continue mouetur ab a. in c. & quod pertranſitum eſt, dicimus præteritum, quod vero pertranſeundum dicimus futurum. Et ſicut in linea a.c. ipſum b. mouens ſemper ſubtrahit a poſteriori et addit priori, ſic ipſum nunc ſemper ſubtrahit futuro, & addit preterito. Et ſimiliter ſi b. punctus ſtaret in linea & non moueretur, tunc non eſſet prius & poſterius in linea. Sic etiam ſi nunc temporis a principio ſtetiſſet temporis, tunc neque præteritum neque futurum eſſet. Cum autem nunc temporis imaginatur quod ſtetiſſet ab æterno, iam omnino in iſta æternitate neque eſſet præteritum neque futurum, ſed totum eſſet ſimul & præſens, & ita eſt in

Demonſtratio.

æternitate, ſed non in tempore. Tota enim æternitas eſt idem qnod nunc indiuiſibile Sed iam videtur ſumme mirabile, ꝙ ipſum nunc æternitatis, cum ſit quoddam indiuiſibile, extendit ſe ad totum tempus, totum capiens & infinitum tempus, Item totum tempus capit, & tamen in quolibet ſtat inſtanti temporis: Exemplum autem huius eſt vt anima eſt in toto corpore, & tamen tota in qualibet parte. Item anima & ſi ſimplex ſit, partem & partem non habens ſicut corpus, tamen per corpus totum ſe extendit, Sed adhuc eſt quoddam mirabile in nunc æternitatis, quod eſt indiuiſibile, et continet tempus quod eſt indiuiſibile in infinitum, & ꝙ habet partes priores & poſteriores. Exemplum ad hoc intelligendũ eſt tale. Dicit enim beatus Auguſti. ꝙ in eodem inſtanti eſt radius ſolis in oriente & occidente, ſubito totum noſtrum illuminans hemiſperium. Hoc igitur contingit reperire quod in vnico nũc temporis eſt prius & poſterius in infinitum. Quoniam naturaliter & ſi non ſecundum tempus prius illuminatur pars propinquior vel propinquiſſima

Declarat q̃dam ſimilitudine quomõ nunc eternitatis indiuiſibile poſſet ſe ad tempus infinitũ extendere.

Declarat q̃mõ nunc indiuiſibile eternitatis contineat tempus diuiſibile

quiſſima aeris, q̃ illa quę ē remotior, et pri
us illa remotior q̃ remotiſſima, & ſi contin
git in infinitum partes inuenire. Ex prædi
Cōr. 1 ctis patet quid ſit dicere. Deus ē, Deus fu-
it, Deus erit. Eſt enim ſenſus, Deus eſt, id
eſt, Deus eſt in nunc æternitatis, cui coe-
xiſtit præſens, præteritum & futurum tē-
Cōr. 2 pus. Patet etiam ſolutio cuiuſdam quæſtio
nis, q̃ probatur. Quicquid deus ſcit, nunq̃
ſciet eius contradictorie oppoſitum, in eo-
dem enim nunc temporis eſt impoſſibile
aliquem ſcire duo contradictorie oppoſita
ſicut Sortem ſedere, Sortem non ſede-
re. Sed nunc æternitatis, in infinitum eſt
ſimplicius q̃ nunc temporis, ergo cum de-
us ſciat in nunc æternitatis quicquid ſciet,
nunq̃ ſciet duo contradictorie oppoſita,
quod eſt falſum. Scit enim me eſſe dum ſũ
& ſcit me non eſſe dum non ſum. Et ſic pa
tet reſponſio, quoniam nunc, eſt cum qua-
libet parte temporis.

PARTICVLA QVARTA ET vltima de Aeuo, circa hoc duas mouens opiniones.

TRACTATVS PRIMVS.

SEquitur de æuo, ꝙ poteſt ſic diffiniri.
Aeuum eſt menſura habentium prin- *Aeuum.* *Opinio. 1*
cipium, ſed non finem. Et nota quod qui-
dam dicunt, ꝙ ſicut tempus eſt in vno ſub
iecto vt in motu primi mobilis quo motu
menſurant̃ omnes motus inferiores, tanq̃
ſui generis minimo & ſimpliciſſimo, & ꝑ
conſequens menſurant̃ menſura motus
primi mobilis, ſic æuum eſt in vno æuiter
nō ſimpliciſſimo, quo omnia alia æuiterna
menſurantur. Alij dicunt ꝙ non, quia q̊d-
libet æuiternum habet ſuum æuum. Nul-
lum enim æuiternum eſt cauſa aliorum, ſi- *opinio. 2*
cut motus primi mobilis eſt cauſa omniū
aliorum motuū. Ex prediċtis colligi pōt,
ꝙ angelus quantum ad ſubſtamtiam eſt in *Cōꝗ.*
æuo, quantum autem ad agere, ſicut eſt co
gnoſcere cognitione veſpertina, eſt in tem-
pore, quantum autem ad bene agere, ſicut
ad contemplari et frui, eſt in æternitate. Et
hæc de prima parte huius compilationis
Magni Alberti, ſuffitiunt dicta.

TRACTATVS SECVN-

dus Summæ Philoſophiæ Naturalis Al-
berti magni libris de cœlo & mūdo
reſpondens. Cuius ſeptem
ſunt capitula. Primū eſt
de mundi vani-
tate.

QVia dictum eſt de corpore mobili ſecundum ſe, dicendum eſt conſequenter de corpore mobili contracto ad vbi Et primo de ingenerabili & incorruptibili, quod eſt cœlum. Vnde dicit Areſtoteles primo Phyſicorum, Ex vniuerſalibus ad ſingularia oportet peruenire. Vnde pueri primo appellant omnes viros patres & omnes fæminas matres, poſterius a utē determinant horum vnumquodq;. Primo igitur oſtendendum eſt, ꝙ vnus eſt mundus corporalis & non plures. Secundo, ꝙ cœlum ſit finitum. Tertio, ꝙ omnia corpora ſunt in cælo, & extra cœlum nullum. Quarto. quod cœlum nec eſt elementum, nec elementatum. Quinto, de nobilitate cœli reſpectu inferiorum corporum. Sexto, de motu cæli. Septimo de numero cœlorum. Quod autem vnus mundus ſit corporalis

Cōtinuatio Tex. cō. 5.

Proponit dicenda.

Plures eſſe mundos corporales non

poralis & non plures, Areſto. ſic probat. Ponam⁹ ꝙ duo ſint mūdi, aut ille alius mū dus ſimilis erit naturæ huic mūdo in reb⁹, aut nomiē tm̄. Si in reb⁹, tū iſta terra ſimilis illi terræ, et econuerſo, et illa aq̄ ſimilis erit iſti aquæ, et ſic de alijs. Sed quæ ſūt eiuſdē naturæ tendūt ad eundē locū, ergo illa terra & iſta terra habebūt eūdem locū, & illa aqua cum iſta aqua. &c. Sed quæcūq; res tendunt ad eundem locum, ſunt res eiuſdē mundi, ergo tantum vnus mundus eſt corporalis & non alius. Si dicatur quod ille mundus eſt huic ſimilis nomine tantū, ſed non rebus, ergo cum nō ſint aliæ res ꝙ̄ res huius mundi, non erit ille mundus realis et corporalis, ſed tantum ſpiritualis ſiue intellectualis, ſiue archetypos, de quo non eſt dubium quin ſit.

porales non eſt poſſibile .1. cœli tractus. 3.

CAPITVLVM SECVNDVM,

Cœlum finitum & terminatum eſſe oſtendens.

ANteꝙ̄ probemus ꝙ cœlum ſit finitū Primo nota, ꝙ ſicut dicit Areſtote. iij Phy. Infinitū multis modis dicit̄. Vno modo dicitur infinitum, quod ſit impoſſibi

Acceptiões infiniti. 3.

phy.tex. c6. 34. bile pertranſiri, ex eo quod non eſt aptum
1 natum pertranſiri, vt eſt vox inuiſibilis. Et ſic dicitur infinitum negatiue. quaſi non finitum ſiue non terminatum, & ſic deus dicitur eſſe infinitus. Secũdo mõ dicit̃ eſſe infinitum, habens tranſitum imperfectum, ꝙ
2 ꝗuis ſit aptum natum habere tranſitum ꝑfectum, tamen non habet, ſicut ſi quis pertranſit ſpatium, non tamen compleuit ad finem, & ſic dicitur infinitum priuatiue. Et his duobus modis aliquid eſt infinitũ actu Tertio aliquid dicitur eſſe infinitum ſecun
3 dum appoſitionem, ſicut in quantitate di
4 ſcreta. Quarto dicitur aliquid eſſe infinitũ ſecundum diuiſionem, ſicut in quantitate continua. Quinto aliquid dicitur infinitũ
5 vtroꝗ modo, ſicut tempus. Et his tribus

Diffi. infini. 3. phyſ. tex. com. 62. vltimis modis nihil dicitur eſſe infinitum actu, ſed tantum in potentia, & ſecundum hoc, hoc infinitum ſic diffinitur in eodem tertio Phyſicorum. Infinitum eſt cuius partem vel quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid ſumere extra. Reſtat nunc probare ꝙ cœlum non ſit infinitum actu. Primo ꝓbem⁹ generaliter, quod nullum cor

Nullum eſt corpus actu infinitũ ꝓ bat. 1. cæli.

pus ſit

pus ſit infinitum actu, ſic, Omne corpus habet ſuperfitiem, & omnis ſuperficies eſt terminus, ergo omne corpus eſt terminatum, & omne terminatum eſt finitum ergo omne corpus eſt finitũ. Exĩ põt ſic inferri. Cęlũ ẽ corp⁹, ergo cęlũ ẽ finitũ. Specialiť ꝓbem⁹ cœlũ eſſe finitũ, Supponam⁹ ergo quod, inferius probať, quod omne corpus eſt in cœlo, & nullum extra cœlũ Inde arguitur. Inter omnia corpora nobilius corpus eſt cœlum, eſt enim ingenerabile & incorruptibile virtutem habẽs actiuam reſpectu inferiorum. Omne autem agens nobilius eſt patiente ſecundũ Areſtotelem. Sed corpori nobiliori nobilior debetur forma, ergo cœlo debeť nobilior forma, ſed forma ſphærica ſemper eſt nobilior omnibus alijs formis ſiue figuris corporalibus, propter ſui capacitatẽ et interminabilitatem, non habet enim principiũ neq̧ finem, vna ſuperficie contenta. Eſt enim ſphera figura plana vna ſuperfitiæ contenta, ergo forma ſiue ſpherica figura debetur cœlo, ergo cœlum eſt ſphericum ſiue rotundum, ergo nos videmus, quod qñ luna

trac. 1. & ꝫ phyſi. tra. 2.

Probat ſpecialiter celũ eſſe finitum preſuppoſitis prius aliquibus.

eſt ſemiplena, quod eſt arcualis, illa aũt fi-
gura non eſt niſi a circulo, circulus enim ſo
lus eſt in corpore rotundo, ergo luna eſt
rotunda. Eadem ratione ſol & omnia alia
corpora ſuper cœleſtia ſunt rotunda, ergo
cælum eſt rotundum. Exinde proceditur
vlterius ſic, ꝙ corpus rotundum ſiue ſphe-
riceum eſt in cuius medio intelligitur pun
ctus a quo omnes lineæ ductæ ad circum
ferentiam ſunt ęquales, ergo cœlum habet
medium, & omne medium habet extrema
ſed quod habet extrema, eſt terminatum
ſiue finitum, ergo cœlum eſt terminatum
ſeu finitum. Item cœlum probatur eſſe fi-
nitum in comparatione ad motum & ad
menſuram ipſius motus, quæ eſt tempus.

Alia ratio ꝓbans cœli finitatem.

Omne quod mouetur in certo tempore to
taliter, hoc finitum eſt. Sed cœlum moue-
tur totaliter in certo tempore & finito quia
in vno die naturali, ergo cœlum eſt finitũ.

Motus infinitus nõ mẽſuratur tempore finito.

Quod autem motus infinitus non poteſt
menſurari tempore finito, ſic declarat̃. Sit
illud tempus a.b. c.d. & diuidatur in qua-
tuor partes, vna pars temporis menſurabit
vnam partem, & alia aliam &c. Motus

autem

autem cum ſit infinitus, nondum totaliter mēſurat⁹ eſt a tpe finito. ergo motus infinitus non menſurat̄ tempore finito. Eodem modo demonſtratur quod motus finitus non menſuratur tempore infinito, diuidendo motum in quatuor partes proportionales. Debent enim eſſe proportionabilia motus & tempus ſicut ſubiectum & propria paſſio ipſius, ita ꝙ neutrum excedit reliquum, & ſic patet ſi tempus menſurans motum eſt finitum, & motus erit finitus Et ſi motus eſt finitus, et corpus quod mouetur erit finitum, cōſtat ergo cœlum eſſe finitum.

Motus finitus non mē ſuratur tpe infinito.

CAPITVLVM TERTIVM DE eo quod omnia corpora cœlo contineantur.

MOdo probare debemus, quod omnia corpora ſunt in cœlo, & nullū extra: Et primo probabimus, quod nullū corpus ſit extra cœlum naturaliter. Secundo, quod non accidentaliter nec violenter. Quod nullum corpus ſit extra cœlum naturaliter, probantur ſic. Tria ſunt genera corporum, ſcilicet, cœlum, elementum, &

Nullum corpus eſt extra cœlum naturaliter.

Cœlum non extra cœlū. Extra cœlum non ē elementum. 4 phy. tex. com. 15.

elementatum. Quod autem cœlum non ſit extra cælum probatur, quia nihil eſt extra ſeipſum, ergo cœlum non eſt extra cœlum. Similiter ꝙ elementū nō eſt extra cœlum patet, quia inter omnia elementa inferius eſt terra, ſupra quam aqua, ſuper quã aer, ſupra quem ignis, ergo eadem proportione ignis eſt ſuper aerem. Cum ergo omnia elementa ſunt ſub igne, & ignis ſub cœlo, conſtat ꝙ nullum elementum extra cœlum eſt naturaliter. Item grauia naturaliter tendunt deorſum ad centrum, leuia ſurſum ad circumferentiam quæ eſt cœlum, & nō vltra, ergo nullum elementum eſt extra cęlum naturaliter. Similiter patet, quod nullum elementatum naturaliter eſt extra cœlum. Omne elementatum cōſtat ex elemẽtis, ſed nullum elementum eſt extra cælū vt ꝓbatū ē, ergo nullū elemẽtatū ē extra cœlū naturaliter, & ſic patet ꝙ nullū corpꝰ ē extra cœlū naturalr̃ Secūdo patet, ꝙ nullū corpꝰ ſit extra cęlū accidẽtalr̃, ſiue violẽter. In quocūqꝫ enim loco aliquod corpus eſt naturaliter, in eodem eſt poſſibile eſſe accidentaliter ſiue violenter, vt terra natura-

Nullum elementatū eſt extra cœlū.

Nullum corpus eſſe extra cœlum violenter ꝓbat.

liter

ter eſt deorſum, ignis accidentaliter vel violenter. Similiter elementum ignis naturaliter eſt ſurſum, & terra violenter. Et vbi non eſt poſſibile eſſe aliquod corpus naturaliter, impoſſibile eſt ibi eſſe aliud corpus violenter, ſed extra cœlum nullum corpus eſt naturaliter, vt probatum eſt, ergo ibi non violenter. Sic patet ꝙ nullum corpus ſit extra cœlum. Hoc eſt quod dicit Damaſcenus. Cœlum eſt continentia viſibilium & inuiſibilinm creaturarum.

CAPITVLVM QVARTVM,

coelum non eſſe de natura elementorum, neqꝫ ex elementis compoſitum manifeſtās.

IAm debemus oſtendere ꝙ cœlum nec ſit elementum nec elementatum. Quod cœlum non ſ t elementum patet, quia de proprietate omnis elementi eſt, habere cōtrarietatem in ſe, & agere in ſuum contrarium ſi iungitnr ei, corrumpendo ipſum ſi vicit, & generando in materia ſuam ſpetiem. Cœlum non eſt elementum. Si ergo cœlum eſſet elementum, cum omnia elementa habent ſe ad cœlum ſicut pūctus ad totam terram, omnia iamdudum

corru

corrupiſſet,& omnia eſſent cœlum, quod non videmus. Eodem modo probatur ꝙ cœlum non ſit elementatum, omne enim elementatum minus eſt elementis ex quibus componitur,ſed cœlum eſt maius omnibus elementis,ergo non eſt elementatū, Item ſimiliter ſic patet,quod cœlum neq; eſt elementum neq; elementatum, omne enim elementum vel elementatum habet motum rectum, hoc ē deorſū ad medium vel ſurſum a medio,ſed cœlum non habet motum rectum,ſed circularem,ergo nec ē elementum neq; elementatum. Si dicatur quod motus rectus eſt ei naturalis,circularis vero accidentalis. Sed contra. Motus accidentalis intenditur & remittitur,ſi ergo motus circularis eſſet ei accidentalis, intenderet̃ & remitteretur,hoc autem nō videmus eſſe,ergo motus cœli non eſt accidentalis,motus autem cœli ſemꝑ ē vniformis. Ex prædictis patet,ꝙ cœlum non eſt generatū, omne eñi ꝙ generatur, a principio contrario vel a principijs contrarijs generatur,vt dicit Areſto.de cœlo & mundo,Plato tamen dicit in Timæo,quod cœlum

Cœlum nō eſt elementatum.

Obiectionis ſolutio.

Cōm. 1. 2. cœli tracta,2

lum ſit generatum,ſed intelligit, id eſt ha-
bens principiũ & cauſam ſui eſſe. Ex præ-
dictis patet ꝙ cœlum non caleſcit neq; fri Cõß. 2
geſcit quia non eſt elementum neq; elemẽ-
tatum,quia iſte proprietates ſunt elemento
rum.ſ.humidum,calidum frigidum,& ſic-
cũ. Et cũ nõ accipiat cœlũ hui⁹mõi impreſ
ſiones,conſtat quod iam non eſt magis ve Cõß. 3
tus ꝙ fuit a principio ſuæ creationis. Et
etiam conſtat,ꝙuis ex aggregatione lumi
nis quod a ſole prouenit ad nos,ſentiamus
calorem,tamen corpora ſuper celeſtia non
ſunt calida,ſed dicuntur calida,vt Sol.frigi
da,vt Saturnus.humida,vt Luna,per effe
ctum ſuum,agunt enim corpora ſuperio-
ra in inferiora & non econuerſo,quod pa-
tet. Videmus enim quando luna habet ple
nitudinem ſui luminis,tunc mare creſcit,et
in decremento lunæ mare decreſcit. Vnde
patet ꝙ luna eſt cauſa & mater humidita
tis.Propterea dicit Areſtoteles in libro de
proprietatibus elementorum, ꝙ quando
omnes planetæ fuerũt coadunati in ſigno
piſcium,factum eſt diluuium. Cum autẽ
coadunati fuerunt in ſigno geminorum,fa Coß. 4
cta eſt

cta ē magna mortalitas. Item patet ex prædictis ꝙ cœlum nō eſt coloratum, quia color cauſatur ex qualitatibus elementorum

CAPITVLVM QVINTVM, DE Cœli & ſuperiorum corporum nobilitate.

Nobilitas cœli ratione ſitus figuræ & impaſſibilitatis dinoſcitur.

NObilitas cæli & corporum ſuperiorum cœleſtium reſpectu inferiorū, patet ex eleuatione ſua ſup omnia corpora inferiora. Quanto enim corpus eſt nobilius, tanto altior debetur ei locus. Item nobilitas corporum ſuperiorum patet ex figura, ſiue forma ipſorum quæ eſt rotunditas Rotunditas enim nobilior eſt omnibus alijs figuris, ſicut dicit Areſto. de cælo & mūdo. Quod patet ex eo, quia omnes aliæ figuræ habent terminos, rotunda autem figura habet formam circularem. Et circulus non habet principium neq; finem, ſed in ſe eſt terminatus. Quod autē omnia corpora ſuperiora ſunt rotunda, oſtenſum eſt ſupra. Ex hoc patet ꝙ cū cœlum rotundū & omnia corpora inferiora ſunt rotunda, & ob hoc ſunt finita. Omne enim rotundū habet medium, & omne mediū habet extrema

Ca. 5. huius tra. 2, Cōp.

trema, & quod habet extremum, eſt finitũ Quod autem omnia corpora inferiora ſũt rotunda, manifeſtum eſt. Ignis enim cum contineatur a cœlo quod eſt rotũdum, habet figuram rotundam, vt dicitur in ſecundo de cœlo & mundo, & ob hoc finitus ē. Et cum aer contineatur ab igne rotundo, eſt rotũdus, & ob hoc finitus. Similiter de alijs. Nota, ꝙ terra eſt diſcooperta aquis, quia deus voluit cohabitare homines in ea Item nobilitas corporum ſuperiorum patet ex impaſſibilitate eorum, ſunt enim ingenerabilia & incorruptibilia & impaſſibilia, virtutem tantum actiuam reſpectu inferiorum habentia.

CAPITVLVM SEXTVM de Cœli motu.

ET quia cœlum eſt nobilius corporibus inferioribus omnibus, propter hoc debetur ei motus nobilior. ſ. circularis & ſecundũ naturam perpetuus, ab omni pœna & fatigatione alienus. Quod autem motus cœli ſit perpetuus, patet ex eo, quia principium mouens ipſum non poteſt ſeparari ab eo. Illud enim principium vel eſt intra

Motum cœli eſſe perpetuũ oſ̄dit

intra vel extra. Si extra, tunc motus cœli eſſet accidentalis ſiue violentus, ſed omne accidentale ſiue violentum tranſit velociter vt dicit Areſto. in libro de cœlo & mundo Si ergo motus cœli eſſet accidentalis ſiue violentus, iamdudum pertranſiſſet Reſtat ergo quod illud principium eſt intra. Omne autem quod eſt intra aliud non poteſt remoueri ab eo, niſi per paſſionem vel per aliquam contrarietatem, ſed cœlum eſt impaſſibile non habens contrarietatem aliq̃
2 ergo illud principium non remouebitur ab eo, ergo motus cœli dicit̃ perpetuus. Itẽ quod motus cœli ſit perpetuus ſiue circularis ſecundum naturam, patet ex eo q̄ nõ habet aliquam intenſionem, nec remiſſionẽ aliquam, ſed ſemper eſt vniformis, nec magis nec minus intendit ad acquirendũ
3 illud vbi, vel illud. Præterea motus cęli nõ tendit ad aliquam formam vel finem adquirendum, quo acquiſito, quieſcat, ergo ẽ perpetuus ſecundum naturam. Ex prædi-

Cõꝛ. motus cœli nec eſt naturalis nec violentus. Proba. 1

ctis autem patet q̄ motus cæli non eſt naturalis nec violentus, patet ex eo, quia omnis talis motus eſt motus rectus. Ponam⁹

ergo

ergo quod corpus naturaliter ſiue violen-
ter moueatur per aliquam lineam ſiue ſpa-
tium finitum, omne enim ſpatium eſt fini-
tum. Illud autem corpus quando pertran-
ſit id ſpatium, cum ſit finitum, aut ergo ſta
bit aut non. Si ſtabit, quieſcit in puncto, er
go motus ille non eſt perpetuus. Si vero
non ſtabit, ergo redibit, quia vlterius non
ẽ ꝓcedere, aut igiť redibit in eodẽ tpe aut in
alio. Si in eodẽ tpe ergo ſimul in eodẽ tpe
ibit & redibit, & ſic duo oppoſita eſſẽt ſi-
mul in eodẽ, ꝙ eſt impoſſibille. Si in alio
ergo quies eſt in medio illorum temporũ.
Itaq; ceſſabit ille motus, ergo non eſt per-
petuus. Sed probatum eſt quod motus cę
li eſt perpetuus ſecundum naturam, igitur
non erit naturalis nec violentus. Item talis Proba. 2.
motus intendiť & remittitur, ſed motus Proba. 3.
cœli non intenditur nec remittiť, ergo mo-
tus cœli non eſt naturalis. Item Auicenna
probat ꝙ motus cœli non eſt naturalis, qa
talis motus naturalis eſt ab aliquo in aliqd
& ſemper intendit aliquid adquirere, quo
acquiſito, quieſcit illud mobile. Motus
autem cœli non acquirit aliquid in quo q-

 eſcit

eſcit ergo non eſt naturalis. Item alia ratio-
Proba. 4. ne probatur, quod motus cœli non ſit na-
turalis, quia ea quæ mouentur naturaliter,
et ſunt eiuſdē ſpetiei & eiuſdem naturæ, &
mouentur verſus eandem partē, vt omnia
grauia tendunt ad cētrum, & omnia leuia
ad ſuperiora aſcendunt, ergo cum cœlum
ſit eiuſdem ſpetiei & eiuſdem naturæ, ſi mo
tus eius eſſet naturalis moueretur verſus
eandem partem, & nulla eſſet diuiſio vel di
uerſificatio. Sed ꝓbatum eſt in aſtrologia,
quod et Areſtoteles dicit in lib. de cælo &
2. cœli. tra. 2 mundo, quod octaua ſphæra mouetur de
oriente in occidens, & aliæ ſpheræ ſeptem
mouentur contra inceſſum primi mobilis
Proba. 5 ergo non mouentur verſus eandem partē
ergo motus cœli non eſt naturalis. Itē alia
ratione poteſt probari ꝙ motus cœli non
eſt naturalis, quia motus cœli principium
eſt naturæ, id eſt rerum naturalium, quia
mediante motu illo omnes res naturales ge
nerantur & corrumpūtur & alterantur.
Illud autem quod eſt cauſa alicuius, forti-
us & nobilius eſt eo cuius eſt cauſa, & cū
motus cœli ſit principium rerum naturali

um, nō

um,non eſt ſubiectus naturæ, ergo non ē naturalis,ſed eſt ſuper naturam. Quod aūt motus cœli non ſit violent⁹, probatū ē ſup omne enim violentum velociter tranſit. Si militer oſtenſum eſt quod non eſt anima- ls,quia Areſtoteles dicit ꝙ motus anima- lis nō ē ſine pœna,nec ſine labore,nec ſine termīatiōe, mot⁹ aūt cœli ē ſine labore et ſine pœna,ergo motus cæli nō eſt anima- lis. Item,talis motus intenditur in medio, motus autem cœli non intenditur in me- dio,ergo motus cæli non eſt animalis, Prę ter hos autem motus oportet ponere aliū motum cœli.ſ.circularem,vt dicit Areſto. in li.de cęlo & mundo. De quo dicit Aui- cenna, quod non eſt ſimpliciter animalis, ſed per ſimilitudinem,quia ſicut anima hu mana mouet corpus humanum, & corp⁹ obedit ei,ita angeli in eo quod cognoſcunt & vident ſuum creatorem,ex lęticia & de ſyderio mouent illas ſphęras, ita quod pri- ma ſphera,que eſt maxima ſphera, ex tali deſyderio mouetur a primo ordine. Vnde appellat motum iſtum deſiderij. Et ſecun- da ſphęra mouetur a ſecundo ordine, &

Proba. 6

Motus cœli non ē animalis.

Oſtendit ꝗ motu cœlū moueatur.

ſic de alijs per ordinẽ. Vnde ipſe dicit. Angeli ſunt quaſi animæ, non tamen ſimpliciter ſunt, ſed metaphorice. Et ideo motus ille celeſtis dicitur quaſi animalis, non tamen ſimpliciter eſt animalis.

CAPITVLVM SEPTIMVM DE Spherarum cęleſtium numero.

De numero ſphærarũ diuerſitas eſt apud philoſophos: aſtrologos & theolo. Videtur Bon. in diſt. 2. li. 2.

Nota ꝙ octo diſtinguũtur Sphere cęleſtes, quarum prima eſt in qua ſtellæ ſũt fixe innumerabiles, vt dicit Ariſto. Secunda ſphæra eſt Saturni, in qua ſolũmodo eſt Saturnus. Tertia Iouis. Quarta Martis. Quinta Solis. Sexta Veneris. Septima Mercurij. Octaua Lunæ. Verſus. Octo ſunt ſphere, poteris quas ſic retinere. Cœlum ſtellatum, Saturnus, Iupiter & Mars, Sol, Venus, has ſequitur Mercurius, vltima luna. Sub luna vero non ſunt niſi res corruptibiles, ſicut ignis, aer & alia corruptibilia. Sicut dicit Macro. Ptolomeus autem aſſignat aliam ſuper iſtas in qua ſunt angeli & res ſpirituales & incorruptibiles, & iſta eſt immobilis, huic tamẽ Areſto. non videtur conſonare, Theologi ſeptẽ

De hac re theologi. in diſ. 14. li. 2.

ſphæ

ſphæras ſiue cęlos aſſignãt.ſ. Aereum, æthẽreum, igneum, ſydereum, criſtallinũ, olympium, empireum ſiue trinitais. Quarũ numerus ſic poteſt capi. Omne cœlũ vel nominat rem creatam vel increatam. Si increatam, ſic eſt cœlum trinitatis empyreum. Si creatam, vel nominat rem corporalem vel incorporalem. Si corporalem, hoc eſt dupliciter, vel quãtum ad extrema, vel quãtum ad media. Si quantum ad extrema, ſic eſt cœlum igneum & aereum. Si quantũ ad media, ſic eſt cęlum æthereum. Si vero nominat rẽ creatam incorporalem, hoc iterum eſt dupliciter, vel quantum ad extrema, vel quãtum ad media. Si quantum ad extrema, ſic eſt cęlum ſydereum. Si quantum ad medium, ſic eſt criſtallinum. Et nota, quod motus octauæ ſphęræ dicit̃ vniformis. Motus autem ſpherarum inferiorum & planetarum eſt duplex, tropicus ſiue diuturnus, hoc ẽ reuolutio primi mobilis ſiue motus proprius Motus tropicus dicitur conuerſiuus. Vnde omnes planetæ dicunt̃ tropici in aſtronomia, q̃a retro gradiũt̃ a motu p̃mi mobilis q̃a mot⁹ talis cũ

Sufficientia

De motu ſphærarum. Sphere planetarum duplici motu mouentur.

deſyderio tanto eſt, quod omnes alias ſpheras ſecum reuoluit. Motus autem qui dicit̃ reuolutio in contrarium primi mobilis, eſt motus proprius & naturalis planetarum.

Cur ſphæræ planetarū cōtra motum primi mobilis moueanť rationes aſſignat. 1

Quare autem ſpheræ planetarum mouētur contra inceſſum primi mobilis, vt dictum eſt ſupra, a diuerſis diuerſæ rationes aſſignantur. Aliqui dicunt, ꝙ hoc ſit ad retardandum motum primi mobilis, niſi enī motus illæ (vt dicunt) non retardaretur propter nimiam ſui velocitatem, totum firmamentum frangeretur inferius, vel iamdudum eſſet fractum. Alij autem (vt Areſtoteles) dicũt, ꝙ hoc fit propter homines 2 & alia ſuper terram exiſtentia, quia ſi motus primi mobilis q̃ eſt cum deſyderio non haberet aliquam retardationem, non poſſet aliquid creſcere ſuper terram, nec homines poſſent viuere. Et hæc ad præſens de cœlo dicta ſuffitiant.

TERTIVS TRACTATVS ſummę Philoſophiæ Naturalis Alberti magni, libris de generatione & corruptione reſpōdens, ſex habet capitula.

TRACTA TERTI. pitula. Primū eſt de quibuſdam præambulis.

POſtq̄ dictum eſt de corpore mobili & ingenerabili & incorruptibili. Nunc dicendum eſt de corpore mobili, generabili & corruptibili. Et primo de ſimplici, & poſt ea de compoſitione. Corpora generabilia & corruptibilia ſimplicia ſunt quatuor, ſcilicet elementa. Vnde de elementis eſt dicendum, quæ diſtincta ſunt ſub cęlo in ſuis ſitibus & locis, ita q͛ illud quod eſt ſubtili⁹ alijs, propinquius eſt cęlo, vt ignis, quia aere ſubtilior eſt, cęlo propinquior eſt quam aer, & aer q̄ aqua, & aqua q̄ terra. Ideo primo ponemus opiniones antiquorū phylosopphorum de elementis. Secundo dicemus de primis qualitatibus elementorum Tertio. de generatione & corruptione elementorum ad inuicem, Quarto, dicamus de alteratione & alijs ſpeciebus motus. Et anteq̄ponamus opiniones de elementis, Nota quod elemētum capitur multis modis. Dicitur enim primo: q͛ eſt principium artis complexum, vt illud, omne totum eſt maius

Cōtinuatio.

Dicenda ponit.

Ordinē dicendorū ſubiungit.

Acceptiōes elementi.

maius ſua parte. Vnde dicit Areſtoteles in
libro phyſicorum. Diſpoſitio ſcientiæ & ve
ritatis eſt in omnib⁹ rebus quarꝫ ſunt prin
cipia aut elementa, ibi Areſtoteles elemen-
2 ta appellat principia. Secundo dicitur ele-
mentum ſecūdum phyloſophum in quin-
to Metaphy. quod eſt commune omnib⁹
rebus, & quod eſt principium cuiuſlibet
rei naturalis, ſicut lapides & ligna etiam di
cuntur elementa domus. Et quod in quo-
libet genere primum eſt principium, ſicut
literæ dicuntur elemēta vocis ſignificatiue
3 ad placitum &c Dicitur etiam elementum
ſecundum ſpecialiorem intellectum, prin-
cipium cuiuſlibet corporis ſenſibilis & mi
xti. Et ſecūdum hoc diffinitur. v. Meta. ele
mentum ſic. Elementum eſt ex quo res cō
ponitur primo, & eſt in eodem, & non di-
uiditur ſecundum formam. i. ſpeciem & a-
liam formam. Verbi gratia, vt in mixto eſt
aqua, cuius quelibet pars aque eſt aqua, &
ſimiliter de alijs elementis. Et ſecundū hoc
quatuor diſtinguunt̄ elementa. ſ. ignis, aer,
aqua, terra, quę omnia in materia conue-
niunt, ſed non ſecundum formas. ſ. Frigi-
dum, ca

Diffi. elemē ti quæ habe tur. 5. me- tha. cap. 3.

dum,calidum,humidum,ſiccum,ideo dicũ tur contraria,ratione ſuarum formarum. Cōꝑ. Vnde ſubſtantiæ nihil eſt contrarium ſecundum naturam,ſed ſecundum formam eſt aliquid ſubſtantiæ contrarium.

CAPITVLVM SECVNDVM ponens opiniones antiquorum circa numerum elementorum.

DE elementis vero diuerſe ſunt philoſophorum opiniones. Quidam ponebant plura elementa,quidam vnum tm̃ Inter eos qui ponebant plura, adhuc fuit diuerſitas. Empedocles enim & Areſtoteles ponebant quatuor elementa,que dicta ſunt. Attamen Empedocles nihil certum dixit de hoc. Ponebant enim illa quatuor elementa principia materialia omniũ corporum, Et ponebat duo principia formalia.ſ.litem et amicitiam. Et dicebat, quãdo qualitates iſtæ ac differentiæ.ſ. Calidum, frigidum,humidum & ſiccum ſeparabant ab eis, conglutinabantur in maſſam vnam propter amicitiam. Poſtea qualitatibus

Prima opinio. Has opiniones antiquorum de numero elementorum. Areſtoteles. 1 de genere recitat, atq; reprobat. ca. 1.& ,2.

bus vero & differentijs aduenientibus ſeparabãtur propter litem. Et hoc contingebat poſt magnum annum, puta, poſt decẽ milia annorum, vel ſecundum alios poſt triginta ſex annorum milia. Ex dictis itaqꝫ Empedoclis neſciebatur, vtrum elementa eſſent principia illius maſſe, vel an maſſa foret elementorum principium. Democritus & Leucippus ponebant corpora indiuiſſibilia eſſe principia omnium corporum

2. opinio.

Vnde & ea atomos vocabant, quæ etiam eſſe dicebant infinita. Et iſtam poſitionem ſic probabant. Poſſibile eſt corpus diuidi in infinitum. Ponatur igitur aliquod corpus, quod poteſt diuidi in infinitum, aut ergo remanet aliquid, aut nihil. Si nihil, ergo aliquod corpus conſtabit ex nihilo, quod eſt impoſſibile. Si vero remanet aliquid, aut eſt corpus vel non corpus. Si non corpus, tunc aliquod corpus conſtabit ex nõ corporibus, quod iterũ eſt impoſſibile. Si autem eſt corpus, aut eſt diuiſibile vel non diuiſibile. Si eſt diuiſibile, hoc eſt cõtra prius poſitum, dictum enim fuit quod diuideretur in infinitum, quouſqꝫ diuidi vlteriꝰ

non po-

non poteſt. Si autē eſt indiuiſibile, habet propoſitum, ſcilicet, ꝙ corpora indiuiſibilia ſunt principia omnium corporum. Huic aūt probationi Areſtoteles dicit reſpondendo, ꝙ Corpus eſt diuiſibile in infinitū potentia, non tamen actu. Sed ipſi intellexerunt corpus eſſe diuiſibile in infinitum actu, id eſt, diuiſibile vſq; ad vltimum, ita ꝙ vlterius diuidi nō poteſt. Anaxagoras autem infinita poſuit elementa. Et dicebat contrarium & Ariſtoteles & Empedocles. Dicebat eñ quod illa quatuor elemēta Ignis, aer, aqua, terra, eſſent elementata, & omnia alia eſſent elementa, ſcilicet, lignū lapis, caro, & conſimilia. Et quod ita eſſet, probabat per hūc modum, Tu dicis quod illa quatuor ſunt elementa, & ex illis conſtat caro, lapis, & conſimilia. Aut igitur iſta caro quæ cōſtat ex eis, vel ē in eis vel non. Si non ergo ex non entibus conſtaret ens quod falſum eſt. Si vero in eis eſt caro, & ergo eadem ratione oſſa & medulla, ergo iſta quæ ſunt intus, dicuntur elementa. Et iſta quatuor Ignis aer &c, dicuntur elemē- 3. opinio. Anaxa.

 tata.

tata, Item Anaxagoras dicebat quodlibet eſſe in quolibet. Dixit enim quod in carne eſſet os, et iterum in illo oſſe caro, & iterũ in illa carne eſſent nerui, & in illis neruis aliud, & ſic vſq; in infinitum. Areſtoteles vero reprobat eius opinionem in primo Phyſicorum, dicens. Aliqua caro eſt minima caro, ita ꝙ ſi diuidatur illa caro, iam non ẽ caro, in illa igiť carne minima ſi eſſet os, vt dixit Anaxagoras, & in illo oſſe alia caro minima, ergo illa caro quæ eſt minima in oſſe, eſt minor alia, quia omne quod continetur, eſt minus eo quod continet, ergo illa caro eſt minor minima, & aliquid eſſet minus minimo, quod eſt impoſſibile, relinquitur ꝙ opinio Anaxagore ſit falſa. Eorũ vero qui dicebant unum eſſe elementum Heraclitus dixit ꝙ eſſet mobile. Alter vero, vt Parmenides dixit ꝙ eſſet immobile, ſimiliter & melliſſus. Dicebant ꝙ vnũ tantum eſſet principiũ, ſcilicet, vnũ ens tantũ cõtinuum & immobile, Et probabant in hunc modum, dicentes. Aut aliquod ens mouetur vel non mouetur, vt ſupra in prima parte de motu, & dictum & viſum fu

Hoc reprobat Areſto. 1 phi In tex cõ.7.& deinceps.

Iſta reprobanť I phy. in tex.com. 5.& infra Opinio Heracliti.

erat. Sed Heraclitus dicebat, quod vnum eſſet elementum materiale & mobile, ſicut ignis, Et quod eſſent duo formalia principia, ſcilicet, rarum & denſũ. Et probabat in hunc modum. Omne corpus eſt mobile, & omnis motus eſt ab igne, quia nullum corpus ẽ adeo mobile, vt ignis, ergo ignis eſt elementum omnium aliorum mixtorũ corporum. Et ſecundum quod condenſatur fit aer, & quando plus condenſatur, fit aqua, & quando iterum fit magis ſpiſſus, fit terra. Quare ſolũmodo ignis ẽ elementũ

CAPITVLVM TERTIVM DE numero & diſtinctione Primarum Qualitatum.

REſtat nunc videre de primis qualitatibus contrarijs elementorum, quę ſunt Calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quibus determinata ſunt elementa. Ignis enim eſt calidus & ſiccus, Aer calid⁹ et humidus. Aqua humida et frigida. Terra frigida & ſicca. Quatuor autem qualitates prædictæ ſex faciunt combinationes. De combinationibus qualitatum primarum.

 Quarum

Quarum quatuor ſunt poſſibiles, due vero impoſſibiles.ſ.calidum & frigidum, humidum & ſiccum. Quare in illis duabus cōbinationibus nullum eſt elementum determinatum, contraria enim ſimul in eodē eſſe eſt impoſſibile. Dicuntur enim iſtæ

Cur dicant primæ qualitates docet

qualitates primæ, quia non fluunt ab alijs qualitatibus, ſed omnes aliæ fluunt ab ipſis atq; proueniunt. Vnde caliditas non depēdet nec prouenit a ſiccitate, nec econuerſo, & ſic de alijs, quia frigiditas non dependet ab humiditate, nec econuerſo. Et quod hoc ſit verum, ſic probatur, quia ſi caliditas dependeret a ſiccitate, ergo quicquid eſſet ſūme calidum, eſſet etiam ſiccum, & ſic ignis qui eſt ſumme calidus, eſſet ſumme ſiccus, quod eſt falſum, vt probatur inferius per diffinitionem poſitam ſiccitatis, quia terra eſt ſumme ſicca, & eadem ratio eſt in alijs. Et ſic patet ꝙ vna qualitas non dependet ab alia qualitatate, quare etiam (vt dictum

Coñ.

eſt) qualitates primæ dicuntur. Secundariȩ autem dicuntur, quæ cauſantur ab iſtis ſicut Durum, molle, dulce amarum, album,

Qualitates ſecundæ.

nigrum, & ſimilia. Reuertamur igitur ad proprie

proprietates ſiue diffinitiones qualitatum primarum, ſcilicet, calidi, frigidi, humidi & ſicci. Calidum enim diffinitur ab Areſto. in lib. de gene. & corruptio. Callidum eſt congregatiuum homogeneorum & diſgregatiuum heterogeneorum. Congregat eñ aurum cum auro, argentum cum argento, & ſeparat aurum a ferro, & plumbum ab argento. Et dicuntur homogenea ab homos quod eſt vnũ, & genos. Inde homogenea dicuntur, que ſunt eiuſdem generis vel ſpetiei. Heterogenea dicuntur ab heteron, quod eſt diuerſum & genos, inde heterogenea dicũtur quæ ſunt diuerſorum generum vel ſpetierum. Obijcitur autem cõtra diffinitionem prædictam, quia videmꝰ adueniente calore ſolis, ipſe ſol congregat paleam cum luto, quæ ſunt heterogenea igitur calidum non diſgregat iſta. Ad hoc reſpondetur, ꝙ principalis actus calidi eſt calefacere. Secundarij vero condenſare diſgregare, ſubtiliare, et huiꝰmõi. Et iſti actꝰ nõ ſũt ex diuꝰſitate agẽtis, ſʒ ex diuꝰſitate materiarꝶ In qbuſdã eñ materijs habz ſubtiliare ſicut in cæra, In quibuſdam condenſare, ſicu

Calidum.

Homogenea
Heterogena

Obiectio cõtra diffinit. Calidi.

Reſponſio.

cut in luto. Prædicta ergo diffinitio data ē in comparatione ad actum ſecundarium quo ad aliquam materiam, & non quo ad omnem. Frigidum autem eſt congregatiuum homogeneorũ & hetereogeneorũ. Vnde aurum congregat cũ argẽto, & argentum cum auro, quod non facit calidum. Immo videmus ꝙ in æſtate caro rareſit, & pori aperiuntur, & exit humiditas naturalis per ſudorem. In hyeme autem caro conſtringitur, ita quod naturalis nõ exit humiditas. & inde eſt quod celebrior & fortior fit digeſtio in hyeme ꝗ̃ in eſtate. Nota tamen, quod principalis actus frigidi eſt frigefacere. Secundarij autem actus eius ſunt congregare homogenea, & cõgregare Heterogenea & alij complures Vnius enim rei eſt vnus actus primus, vt dicit Auicenna plures vero ſecundarij. Vnde Areſtoteles dicit. quarto li.. Meteororum quod calidi eſt frigefacere, & frigidi calefacere, verbi gratia, adueniente calore pori aperiuntur, & humores naturales exhalantur, ita quod corpus frigeſcit interius. Similiter frigidum conſtringit poros, & ſic

Frigidum.

& ſic retinet humores interi⁹, ita quod cor pus interius ſit calidum. Iſti autem effe⸗ ct⁹ ſũt ꝑ accidẽs. Humidũ vero ẽ, ꝙ ẽ male ẽminabile ẽmino ꝓprio, bñ aũt ẽmino alie⸗ no. Vñ patet ꝙ aer eſt humidior ꝙ̃ aqua, quia magis fluxibilis eſt. Ex hoc etiam pa tet error eorum, qui dicunt omne corpus eſſe poroſum, quia ſi aer eſſet poroſus, ergo haberet foramina & concauitates, ꝑ quas terminaretur, & ſic bene eſſet terminabilis termino proprio, quod eſt falſum. Siccum autem eſt quod bene eſt terminabile termi no proprio, male autem termino alieno, ſi⸗ cut terra, lapis, & ſimilia. Et nota, ſicut dicit Areſto. ꝙ humiditas eſt cauſa groſſitiei, q͞a inducit groſſitiem humorum Siccitas au⸗ tem eſt cauſa ſubtilitatis, quia ex ſiccitate prouenit ſubtilitas. Item nota, vt dicit Are ſtoteles, prædictarum qualitatum duæ ſũt actiuæ, ſcilicet, calidum & frigidum, et duę paſſiuæ, ſiccum ſcilicet & humidum. Quæ ideo paſſiue dicuntur, quia non ſunt adeo vehementis actionis ſicut aliæ duæ, alioq̃n ex terra non contingeret generari aquam, nec econuerſo. Illa enim elementa conue⸗

Humidum.

Con.

Siccum.

Notabile.

Duæ ſunt q̃litates actiuę. duæ vero paſſiuæ.

niunt in frigiditate. Niſi enim inter ſiccum terræ, et humidum aquæ eſſet actio & paſſio, non contingeret ipſa generari ex ſe inuicem. Generatio enim non fit niſi in habētibus contrarietatem actionis & paſſionis. Eodem modo intelligēdum eſt de aere et igne. Similiter illæ duæ Calidum & frigidum dicuntur actiuæ, non quod omnino non ſint paſſiuæ, ſed quia ſunt minus paſſiuæ ꝙ humidum & ſiccum, alioquin etiam ex aqna non fieret aer, que conueniunt in humido, nec ex terra ignis, quæ conueniunt in ſicco.

CAPITVLVM QVARTVM, De elementorum Generatione & corruptione.

ET quia elementa generantur ad ſe inuicem (ex vno enim pugillo terre fiunt decem aquæ, & ex vno pugillo aquę fiunt decem aeris, & ex vno pugillo aeris decem ignis) Ideo dicendum eſt nunc de generatione & corruptione ipſorum. perſcrutando primo, an ſint generata vel creata, Super quo Areſto. in de cœlo & mundo po-

do ponit opinionem, quæ dicit̃ fuiſſe Ptolomæi aſtronomi præcipui, quod elementa primo facta fuerunt per motum cœli. Contra hoc ſic obijcit. Aut iſte motus fuit in aliquod corpus, vel in nudam materiã. Si in materiam nudam, hoc eſt impoſſibile, quia materia nunq̃ eſt nuda, quod ſic oſtenditur Ponatur ita quod aer agat in ignem, ipſum corrumpendo, aut ergo illa ignis materia erit nuda vel non? Si non, habeo propoſitum. Si ſic, ergo non eſt proportionata alicui loco, quia ſi eſſet in aliquo loco, tunc eſſet ſub corporeitate, ergo non eſſet maior ratio quare detur ei igneitas in iſto loco, q̃ in alio. Sed nos videmus vbi eſt actio, ibi etiam eſt potentia, igneitas ergo iam appropriatur alicui loco, & ſic eſt ſub corporeitate, & ergo materia nunq̃ ẽ nuda. Si vero motus cœli agit in corpus aliud præter elementum, tunc illud corpus fuit ante elementa, & ſic elementa non fuiſſent prima, & etiam non eſſent, quod eſt falſum. Relinquitur ergo quod elementa non ſunt generata, ſed creata, Quod concordat cum beato Auguſtino qui dicit.

Opinio quorundam elementa eſſe facta ꝑ motum cœli.

Reꝑbatio opinionis.

ꝙ omnia

ꝙ omnia ſimul, id eſt, maiores mundi partes, ſūt ſimul creata cum materia & forma. Poſt hoc dicendum eſt, ꝙ duplex eſt generatio, ſcilicet, ſimplex & ſecundum quid.

Generatio ſimplex. Generatio ſecundū qd Generatio.

Generatio ſimplex eſt generatio ſubſtantialis, ſed generatio ſecūdum quid, eſt quęlibet mutatio vel alteratio Vnde generatio ſimplex poteſt ſic diffiniri. Generari eſt expoliare materiam a forma ſubſtantiali, & inducere aliam formam ſubſtantialem, cum ergo omnis expoliatio fit a contrario, vel in contrarium, oportet ergo generationem fieri mediantibus contrarietatibus primarū qualitatum. Vnde etiā patet quod materia eſt ingenita & incorruptibilis, quia ſi eſſet genita, hoc eſſet ex aliqua materia, ergo materia haberet aliam materiam, & ſic ire contingeret in infinitū, quod eſt impoſſibile, ergo materia prima non eſt genita. ſed creata. Et nota differentiam inter generare, creare, & facere, Generare enim eſt aliquid farere ex aliquo. Creare, eſt aliquid ex nihilo facere, Facere, commune eſt ad vtrumq;, Ex prædictis patet, quod illa elementa facilius tranſmutātur ad ſe inuicem

Cōr.

Generare. Creare. Facere. Cōr.

quæ

quæ conueniunt in aliqua qualitate, ꝙ illa, quæ in nulla conueniunt: Facilius enim eſt vincere vnam qualitatem ꝙ duas. Vnde terra facilius tranſmutatur in aquam ꝙ aerem. Conuenit enim cum aqua in vna qualitate, cum aere vero in nulla &c. Et hoc eſt, quod dicit Areſtoteles ſecundo de generatione & corruptione. Quæcunq; elementa habent ſymbolum, facilis eſt eorum tranſmutatio, quia facilius eſt vnum ꝙ duo vel plura tranſire vel tranſmutare. Et nota, ꝙ generatio vnius elementi eſt corruptio alterius. Vnde quidam dicunt, ꝙ generatio & corruptio ſunt idem in ſubſtantia, diuerſificantur tamen ſecundum diuerſos terminos. Sicut eadem eſt via ab Athenis ad Thebas, & econtra, differunt tamen ſecũdum terminos. Alij vero dicũt ꝙ non ſunt idem. Et prædictum verbum gloſant quidam ſic. Generatio vnius elemẽti eſt corruptio alterius & econuerſo, id eſt poſt generationem vnius elementi, ſequit̃ corruptio altetius, & econuerſo.

Circa initiũ ſcd'i trac. 2. de gene.

Generatio vnius eſt alterius corruptio. 3 phyſi. tex. com. 23.

CAPITVLVM QVINTVM,

de ſpe-

NATVRALIVM ALBER.

de ſpeciebus Motus, cuius tres ſunt particulæ. Prima de Alteratione.

Alteratio.

SEquitur de alteratione. Vnde alteratio eſt mutatio de vna qualitate contraria in aliam, ſiue mediam. Et per hoc quod dico, qualitatem, tango qualitates accidentales, ſicut ſanitas, ægritudo, calidum, frigidū, rotunditas, angularitas, dulcedo, amaritudo, albedo, nigredo, & his ſimilia. Differt autem alteratio a generatione, quia in alteratione eſt mutatio de qualitate accidentali, in qualitatem accidentalem. In generatione vero eſt mutatio de vna forma ſubſtāciali, in aliam formā ſubſtantialem. Item in alteratione neceſſe eſt manere idem ſubiectum ſenſibile. Dico ſenſibile, propter materiam primam, quæ licet maneat in generatione, tamen ſecundum quod talis, non eſt ſenſibilis.

Differt alteratio a generatione

PARTICVLA SECVNDA CApituli quinti, de Augmentatione & diminutione.

Augmētatio

SEquitur de Augmentatione & diminutione, Augmētatio eſt motus de minore

nore quantitate in maiorem. Diminutio ē motus de maiore quantitate in minorem. Et nota quod augmentatum & augmentans neceſſe eſt eſſe ſimilia. & diuerſa. Similia quidem in materia, diuerſa autem in formis. Cuius ratio eſt, quoniam agētia & patientia neceſſe eſt eſſe ſimilia ad inuicem et diuerſa, augmentans autem & augmentatum ad inuicem agūt & patiūtur. Quod autem augmentatio ſit motus localis, manifeſtum eſt, oportet enim quod alimentum ſeu cibus tranſmutetur, & ſubintret in formam carnis, ſcilicet carneitatem, vel oſſis, id eſt oſſeitatem, Et propter illam ſubintrationem dilatatur os uel caro, vel elongatur ſiue inſpiſſatur, et talis act⁹ ſiue dilatatio etiam eſt motus. Quare patet quod augmētatio ſit motus, & econuerſo quod diminutio ſit motus. Differunt autem augmentatio & diminutio ab alteratione. Quoniam alteratio attenditur in qualitate. Augmentatio vero & diminutio in quantitate.

Diminutio.

Oſtendit augmentationē eſſe motum.

Cōcl.

PARTICVLA TERTIA DE loci mutatione & cōtactu.

Sequi

Loci mutatio ſupra tra 2. ca. vl' de motu.

Sequitur de loci mutatione. Mutatio loci, eſt motus de vno loco in alium. Et talis motus ē triplex, ſcz Naturalis, animalis et violentus, de quibus dictum eſt. Tranſeundum & dicendum eſt de mixtione. Et quia mixtionem præcedit contactus, ideo primo dicēdum eſt de contactu

Contactus multipliciter dicitur, habētur & plura alia de tactu. 1. de ge. ca. 1. tra. 3.

Tangere autem ſiue cōtactus, vt dicit Areſtoteles in li. de gene. & corru. dicitur multifarie. Vno modo dicitur contactus in cōtiguis, quorum vltima ſunt ſimul, vt quando aliquid tangit aliud ſine medio, ſicut ſuperfities tangit ſuperficiem, & ſecundū hoc quicquid tangit, tangitur.

2 Secundo mō dicitur contactus, per ſimilitudinem, ſecundum quod dicimus. Res triſtis tangit nos ſed nos non tangimus eam. Et ſecundum hoc, non quicquid tangit, tangitur.

3 Tertio modo dicitur contactus in continuis, quorum partes copulantur ſeu continuantur ad vnum terminum communem, ſicut partes lineæ, tangunt ſe in puncto continuante, ſecundum quod dicit Areſto. in ſexto phyſi. Ineſt autem puncto vt tangat.

Circa principiū 6 phi. de contactu mentio fit.

Contactus primo modo, qui eſt applicatio duarum ſu

rum ſuperfitierum ſine medio, neceſſarius eſt ad actionem & paſſionem. Vñ oportet quod quecunq; agunt & patiũtur, tangãt ſe, ſicut ignis agit in aerem & calefacit ipſũ Et aere calefacto, calefacit digitum et agit in ipſum, & hoc eſt propter contactum. Vnde dicitur quod contactus ſit cauſa materialis adaptans adinuicem actiones & paſſiones, ſicut luciditas eſt cauſa materialis adaptans immutationes coloris. Cõm.

CAPITVLVM SEXTVM & vltimum, de Mixtione.

SEquitur de Mixtione, de qua primo notandum, quod duplex eſt mixtio. Mixtio ad ſenſum. Quædam ad ſenſum, ſicut quando componitur hordeum cum frumento, & illa videtur eſſe quædam mixtio, ſed non eſt Alia eſt mixtio ſecundum veritatem, & illa ſic diffinitur ab Areſtotele primo de gene. & corrupti. Mixtio ſecundum veritatem. primo de ge. Mixtio eſt miſcibilium alteratorum vnio. Et nota, quod omnia quæ ſunt miſcibilia oportet quod ſint agentia et patientia. Agentia, in eo quod diuidũt. Patientia. Verſus finẽ Conditiões miſcibiliũ. Cõm.

tientia.

Cõr. 2 tientia, in eo quod diuiduntur. Vnde patet quod illa quæ non habent contrarietatem, non ſunt miſcibilia. Etiam patet q̄ elementa poſſunt miſceri, & facere ex ſe vnū aliud, quoniam quodlibet elementum eſt contrarium alteri, diuiduntur aūt elementa in mixto non vſq; ad indiuiſibilia. Omne eñ corpus eſt diuiſibile, ſed vſq; ad q̄ſdam particulas minimas a natura determinatas. ſ. vſq; minimas ſecundum ſpetiem. Item nota, quod proprietas mixti eſt, quod quælibet pars mixti debet eſſet homogenea. i. eiuſdem ſpeciei cum ſuo toto, & ſi aliter eſſet, tunc non eſſet mixtio, ſaltem ſecū dum veritatem, ſed magis compoſitio. Et notanda eſt differentia inter compoſitionē mixtionem & confuſionem. Compoſitio ē quando vtrumq; compoſitorum manet in ſua eſſentia, virtute ac entitate, vt cōponitur pars iuxta partem, ſicut quando frumē tum ponitur cum ordeo, Confuſio vero ē quando partes proportionantur ſecundū virtutes, ſed tn̄ non trahuntur ad certam ſpeciem, vt eiuſdem quantitatis vinum cū aqua. Mixtio vero eſt, quando proportio-

Proprietates mixti.

Compoſitio

Confuſio.

Mixtio.

nant

nantur virtutes partium, & trahuntur ad ſpeciem vnam, vt in viri & mulieris ſeminibus eſt mixtio, & generatur homo. Et hęc de elementis dicta ſufficiant.

TRACTATVS QVARtus Summæ Naturalium Alberti Magni de meteorologicis impreſſionibus, decem & ſeptem cōtinens capitula. Primum ponit quinq; genera mixtorum.

DIcto de corpore mobili, generabili & ſimplici, dicendum eſt nunc de corpore mobili, generabili & compoſito, ſiue elemētato. De quibus eſt primo notandum, quod quædam elementata ſunt primæ compoſitionis, ſicut vapor reſolutus ex aqua vel terra per calorem ſolis, ſiue maneat in viſceribus terræ clauſus, ſiue in aerem eleuetur ſecūdum plus & min⁹ iuxta aerris triplex interſtitium, ſecundum quod etiam ab ipſo cauſantur diuerſe impreſſiones aeris, & aliarum rerum ipſe vapor principium eſt, cum enim eleuatur ſuper terrā,

Diuerſa eſſe elementata oſtendit.

Elementata primæ compoſitionis.

Elementata ſecunde cōpoſitiōis ſūt: ea, que fiūt ex vapore

principium eſt eorum quæ fiunt in aere, ſecũdũ diuerſa aeris intſtitia, ſicut ſũt Cometæ, Hallio græcæ Alloleti hebra. ſiue corona latine, quæ idẽ valẽt, etiã Fulgur, coruſcatio, nubes, pluuia, grãdo, et reliquę impreſſiones humidæ atq; ignitæ, Qui vero manet in terræ viſceribus, hyemali tempore calefacit fontes. Itẽ ipſe eſt terræ motus principium, & ex eo generãtur corpora mineralia, ſcilicet ſulphur, ex cuius combuſtionę fiunt thermæ, id eſt, balnea calida, argentum viuum, quod omnium metallorum eſt principium. Quæ metalla ſũt octo puta plumbum, ſtannum, ferrum, æs au richalcum, cuprum, argentum & aurũ. Electrum, autem non eſt ſimplex metallũ quia quoddam fit arte, quoddam a natura. Et quod a natura fit, melius eſt, & illa ſũt elementata ſecunde compoſitionis. Sunt etiam quedam elementata media, quæ non omnino ſub terra, neq; ſupra terram ſunt. Et horum quædam ſũt terræ infixa, ſicut terræ naſcentia, vt ſunt plantæ arborum atque herbarum. Et quædam non ſunt infixa terræ, ſicut animalia. Ponunt tamen

[Margin:] in tribus interſtitijs aeris que et in terra intus fiunt vt metalla.

[Margin:] Vapor in viſceribus terræ ad quid valeat oſtendit.

[Margin:] Elementata tertiæ compoſitiõis ſũt terræ naſcẽtia. & ãimalia quædam imꝑfecta terræ infixa de quibus in textu.

tamen quædam media eſſe inter animalia & plantas, ſicut ſpongia marina quæ radi‑cibus nutritur, vt planta, & tactu ſentit, vt animal. Et eorum principia ſunt vapores, per ſe non generantur. Et primo plante ex ſeminibus generantur mediante pluuia ſiue nutrimento. Nutriuntur autem terræ‑naſcentia ex mixtura terræ & aquæ. Et illa ſunt elementata tertiæ compoſitionis, in qua compoſitione iam confracta eſt quodammodo contrarietas, quæ prohibebat elementata primæ compoſitionis & ſecundæ habere animam. Vnde plantæ habent animam vegetabilem. Et quia vapores ſũt principia terrænaſcentium, & ex terrenaſcẽtibus generantur humores animalium, ex quibus ipſa animalia nutriuntur, & ſemina & oua formantur. de quibus animalia generantur. Manifeſtum eſt quod vapores ſunt principia animalium irrationalium, quæ ſunt quartæ compoſitionis. Et animalium rationalium quæ ſunt quintæ compoſitionis. Et quia in animalibus irrationalibus magis eſt confracta contrarietas ꝙ in terrænaſcentibus, ideo recipiunt nobiliorẽ

Animalia irrationabilia ſunt elementa quartæ cõpoſitionis de q̃bus hic in textu.

animam vt ſenſibilem. In hominibus autē eſt maior temperantia & minor contrarietas ſecundum actum. Ideo ſecundum diſpoſitionem corpus humanum habet nobiliorem & digniorem animam ꝙ alia animalia, ideo recipit animam nobiliſſimam, ſcilicet, rationalem. Et inter homines Chriſtus habuit nobiliorem & digniorem animam. Sed quia homo inter alias creaturas ſummam temperantiam tenet, ob hoc recipit animam nobiliorem. Ratione cuius hō dicitur finis omnium creaturarum, Vt dicit Areſto. ij Phyſi. Sumus enim nos quodammodo finis aliorum, inferiorum autē omnium & ſuperiorum finis eſt Chriſtus Et quia homo finis & conſumatio eſt omnium creaturarum, Chriſtus autem finis omnium hominum, ergo recte dicitur in Pſal. Omnis conſumationis vidi finem, latum mādatum tuum nimis. In vnione eñi diuinæ & humanæ naturæ, ordo vniuerſitatis eſt completus. Fuit enim ab æterno vnio trium perſonarum in vnam naturam ſ. patris, filij, & ſpiritusſancti. Et primo in principio creationis angelicæ naturæ fuit

Homines vero elementata ſunt qn̄te compoſitionis.

Tex. cō. 24

Theologicæ ſentētiæ notabiles.

vna

vna natura in vna perſona, vt patet in ange lo Poſtea fuit duarum naturarum vnio in vna perſona, vt in homine, vt primum reſpondeat vltimo, oportuit ratione comple xiōis vniuerſitatis, vt ſicut primo fuit vnio trium perſonarum in vnam naturam, ita vltimo eſſet vnio trium naturarum in vna perſona, quod completum eſt in Chriſto. Et ſicut ipſe vnitus eſt humanitati, ita & nos vniet deo per fidem & charitatem, vt ſic reducat hominem ad principium a quo factus eſt. Et ſic diuina natura ē vbiq; eſſē tialiter, quod appropriatur eſſentiæ diuinæ patris, Et in ſanctis per gratiam, quod appropriatr̃ ſpirituiſancto Et in homine Chriſto per vnionem, quod appropriatur filio Eſt enim vnita diuina natura humanæ p̱ filium. Sic etiam natura Chriſti eſt in Cœlo localiter, correſpondens ei quod eſt eſſe vbiq;. In pluribus altaribus ſacramentalit̃ quod correſpondet ei quod eſt eſſe in ſanctis per gratiam. Et in diuina natura per vnionem, quod correſpondet modo tertio quia filio appropriatur. nec eſt dicendum, quod Chriſtus fuit ſextæ compoſitionis, Chriſtus nō

ſicut puri homines quintæ compoſitionis dicuntur, quia vnio talis non dat ei nouam compoſitionem ſiue naturam quæ opponitur ſimplicitati quia ex duabus naturis non fit vna natura media, Nec enim eſt ibi commixtio, neq; confuſio, neq; compoſitio, ſed ſimplex vnio. Compoſitio eſt, quãdo ex pluribus fit vnum, remanentibus partibus principalibus & ſecundarijs, ut ex pariete, tecto, fundamento, domus fieri dicitur. Confuſio, quãdo ex pluribus fit vnũ remanentibus partibus ſecundarijs & nõ principalibus, vt ex modio frumẽti & hordeo fit tertium. Mixtio eſt, quando ex pluribus fit vnum non remanentibus partibus principalibus nec ſecundarijs, vt ex aqua & melle fit hydromel. Vnio vero eſt quando plura remanentia in ſua natura conueniunt in aliquo, ſicut plures homines vniuntur in tractione nauis, & duæ naturæ in vna perſona. Sic igitur elemẽtatorum quędam ſunt primæ compoſitionis, vt vapor virtute ſolis ex terra vel aqua reſolutus q eſt principium omnium aliorum mixtorũ Quædam vero ſecundæ compoſitionis, vt corpo-

eſt elementatum ſextę compoſitionis.

Compoſitio

Cõfuſio.

Mixtio.

Vnio

Sũmariæ colligit prædicta.

corpora mineralia. Quædam tertiæ cōpoſitiōis, vt terrænaſcētia, ſicut vegetabilia. quędā quarte cōpoſitionis, vt animalia bruta. Quædam vltimæ & quintæ compoſitionis, vt homines. Et nota, quod elementatorum quintuplex diuiſio poteſt reduci ad bimembrem, ſic. Elementatorum quędam ſunt animata, quędam vero inanimata. Inanimatorum quædam ſunt cauſata immediate ab elementis, ſicut vapores, quędam mediate, ſicut metalla vel corpora mineralia. Sed animatorum quedam non mutant locum motu progreſſiuo, ſicut plantæ arborum & herbarum, quædam vero mutant locum, & horum quædam agunt a natura, ſicut irrationabilia quædam vero mouentur a volnntate, vt rationalia. De elementatis igit̄ inanimatis dicendū eſt pri⁹. Suffitientia dictorum.

CAPITVLVM SECVNDVM
De cauſis & locis generationis meteorologicarum impreſſionum.

REdeamus igitur ad vapores, ex quibus cauſantur elemētata, tam in ſublimi, q̄

Nota vaporē ab aqua & terra ſolum reſolui.

limi, q̄ in viſceribus terræ. Sciendum igit̄ quod omnem vaporē conſtat eſſe ex aqua aut terra, ex alijs vero non, aer enim non ē euaporabilis, aut em̄ rarificatur vltra id q̄ eſt ſuæ naturæ, & tunc ſtatim erit ignis, aut inſpiſſatur amplius, & tunc non eſt vapor, quia vapor generatus fit per ſubtiliationem & rarefactionem, & tunc efficitur aer, aqua, vel terra. Hic igitur duplex vapor eſt cauſa materialis omnium illorum quę fiunt in imo terræ, aut quæ generantur in alto. Et diſtiguamus em̄ ſic. Quia impreſſio eſt a vapore ſicco terreo tantum aut humido tantum, aut ex vtroq̄. Item loca generationis ſunt quatuor. Superior eſt regio aeris quæ propter vicinitatē ignis a philoſophis vocatur æſtus. Et media regio aeris quę vocat̄ locus frigoris. Terti⁹ ē inferior pars aeris non longe ſupra terram, habens aliquid frigoris, & aliquid caloris. Quartus vero locus dicitur terræ venter. Superior autem pars aeris dicitur pura & rara, & eſt calida propter ignis vicinitatem & lucida vehementer propter ſtellarum radios, & lumen ipſarum, quæ omnia ſunt ſibi vi

Vapor ē cā materialis eorum que fiunt & interra et in aere

De triplici regione aeris.

De ſuprema regione aeris.

bi vio

bi viciniora, & eſt magis luminoſa atq; trã quilla alijs partibus aeris, Habet enim lumen meo iudicio non ab igne vicino, ſed a vicinitate ſtellarum, & quia vmbra terræ ibi contrahitur, & minoratur in ea, propter quod radij ſolis commorantur in ea diutius. Et ideo illa pars eſt locus inflammationis perpetuæ. Inferior autem regio cum ſit circa terram & ſuper eam, habet quodam frigus per ſe, propter aquam & terrã calida autem eſt ex repercuſſione ſiue reflexione radiorum ſolis ad ſolidum & planum ipſius terræ & aquæ. Inde eſt quod illa pars non efficitur inflammans, ſed eſt expirans vaporem quem de ſua natura prohibet ne comburatur vel ĩcendatur, ex reflexione autem radiorũ, calefacta expirãs ex ſe vaporem, Vltima ſiue inferior regio aeris quæ circa nos eſt, tangit elementum ſolidum, quod eſt terra, & politum & plane ſuperficiei, vt eſt aqua. Et ideo magna fit huiuſmodi radiorum reflexio, & inde hic maior lux generatur. Regio autem aeris media, ſumpta per æque diſtantiam ab his duabus, frigida eſt valde, propter cauſam

Diſpoſitionem infime regionis aeree declarat.

Conditionẽ mediæ regionis manifeſtat.

ſam oppoſitam. Vnde nec habet calorem ex vicino igne, nec ex radiorum reflexione, eo quod radij non reflectuntur ad corpus tranſparens, perſpicuum, ſiue diaphanum ſed bene ad ſolidum & planum, & plus ſi fuerit terſum, vt eſt aquæ ſuperfities, vel ſpeculum, vel corpus planum. Et hæc eſt regio magis obſcura & tenebroſa, quia caret cauſa vtriuſq; illuminationis, & ideo eſt tempeſtuoſa, & ibi generantur tempeſtates niuis, grandinis Et hæc eſt habitatio dæmonum & aerearum poteſtatum, quibus ille locus caligi noſus eſt deputat⁹. Vnde dicũt qdã ſancti, ꝙ qdã demones ibi vẽtos commouent & tonitrua, & hæc fiunt ad terrores hominũ. Regio autem quæ eſt inter mediam quę dicta eſt, & locum habitationis terre quantum eſt de ſe, dicitur temperate frigida, & eſt aliquod ſuſcipiens ex vtraq; diſtinctionem. Per accidens tamen ipſa eſt intemperate calida, ſecundum quod vincitur ab inferiore, vel in quibuſdam temporibus intẽperate frigida, ſecundum quod vincitur a ſuperiore, quibuſdam temporibus æqualiť

Diſpoſitionem infimæ regiõis quãtum ad eius ſuperiorem partem apte docet,

vtran

vtráq; tēpiē inducēri. Sic igı̃t dẽminatũ ē de ipſſ. õum materia in cõmuni et de loco impſſiõis. Cauſa effitiēs in ſpeciali ē mul tiplex. In communi vero duplex eſt, ſcz, calor et frig⁹. Calidũ aũt ē duplex ſcz Solis, elenãdo et adurẽdo omne vaporē, et loci, calidum diſgregando, & inflammando omnē eleuatum. Calidum autem ſolis vt nunc ſufficit, eſt duplex, ſcilicet, euocans & adurens. Adurēs autem eſt de duabus cauſis, vna eſt directa ſuppoſitio, alia vero indirecta. Sole enim exiſtente in ſignis æſtiuis, præcipue circa tropicum æſtiualē, vt ſunt gemini, cancer, leo, tunc enim radij regionibus directe ſuppoſitis incidunt in terram, ad modum perpendiculi cadentis de centro ſolis, & reſtringuntur in ſeipſos, & erunt infiniti, & ducunt in terram calorem adurentem. Et ideo tunc non ſpirat in illis locis aliquid de terra, ſed totum aduritur antequam eleuetur. In locis autem vicinis, quæ per latitudinem magis accedunt ad Aquilonem, quanto plus recedunt a vijs ſolis, tanto plus reſpiciuntur oblique, & anguli radiorum magis ampliantur, & inde

Impreſſionũ effitiens cauſa.

De calore ſolis ac loci quædam notatu digna deducit.

paruus

paruus ſit calor, & minus exurens, & plus expirans ſpiramen euaporationis. Et ſic ſecundum latitudinem omnium climatum a via Solis, ſiue equinoctialis, facile eſt caloris accipere proportionem plus vel minus adurentis. Frigus etiam determinatur duplex. Eſt enim frigus conſtringens, & pl⁹ poteſt conſtrīgere q̄ ſol poteſt eleuare vel euocare, & hoc impedit omnem euaporatione̅ nā terræ poros conſtringit, et ſuperfitiem aquæ, ne radius ſolis incidens in eā, poſſit attrahere vaporem. Eſt etiam frigidum ſiue frigus temperatum prohibens ſolem ne incendat, ſed non prohibēs ne euocet. Eſt enim iterum huius cauſa. latitudo regionum a via ſolis, & motus ſolis ſecundum latitudinem equinoctialis, in meridionalem plagam, tunc enim ſole exiſtente circa tropicum hyemalem, ſcilicet, circa ſagittarium, capricornum, & aquarium, valde remouebitur a climatibus ſeptentrionalibus, & ideo radiȷ̄ ſolis, non niſi valde oblique reſpiciūt habitationem illorum climatū. Quaꝑpter vincit in illis frig⁹, & abſcōdit euaporatio ex conſtructione, ſuperficierū

Frigus conſtringens.

Frigus temperatum.

Cōſ.

cierum terræ & aquæ. Hæc igitur de cauſis effitientibus vaporis dicta ſufficiunt.

CAPITVLVM TERTIVM

Dans modum generationis impreſſionum ignitarum, Et continet duas particulas. Prima eſt de impreſſionibus ignitis aſcendentibus. Qua rũ ſunt quinqꝫ. Diuiſio.

Ex his ergo dictis diuiſionibus vaporum, locorum, & cauſarum, determinabo quodlibet, eorum cauſam aſſignando, ſic ſubdiuidendo. Omne quod in alto, vel imo vel medio habz generari, aut generat ex vapore ſicco tãtũ, vel hũido vel vtroqꝫ. Si ex ſicco tantum, tunc materia omnis impreſſionis, talis erit qualis eſt terra. Premittit o ptimam ſup poſitionem.

Cũ autem terra ſit elementum ſolidum, frigidum, & per naturam ſiccum in ſe, & groſſum, fortius continet calorem, quia ſolidus eſt, etiam citius incenditur, quia ſiccus etiã efficit acutius penetratiuꝰ, quia ſiccum & ſolidum non de facili retundit. Ideo talem vaporem diuidendo per tria loca, ſecũdum magis & minus calidum, cauſantur Ꝑponit ex vapore ter reſtri generari xi. impreſſiões in aere apparẽ tes.

ſantur ex eo impreſſiones ad minus vndecim in aere apparentes. Et de alijs ſi quæ apparebunt, iudicium erit ſimile. Si enim vehementer erit calidus & ſiccus, tunc pertingit duas aeris regiones, ſcilicet, inferiorem & mediam, eo quod frigus illarum non poteſt conuertere ipſum, & ſic tranſibit ad regionem, quæ dicitur æſtus, & ibi quinq; facit impreſſiones. Aut enim in omnibus eſt æqualiter ſubtilis, tenuis & inflammari apt⁹ ex calore loci, aut ē inæqualis. Si ineq̃lis, aut ergo habz multas ptes tereſtres inferius dilatabiles, aut non ſed paucas. Si multa tereſtria habẽtur inferius, tũc ex neceſſitate inferius dilatabitur terreſtre. Terreſtre enim habundans repugnat eleuationi ad æqualitatem aliarum partium, & calidum ingrediens, quod eſt igneum rarificando dilatat. Et partes calide continue plus & plus tendunt in acutum, & efficitur ipſum ſicut columna pyramidalis, & propter longinquitatem videtur de ſuperiori eſſe diuiſus. Sicut perpendiculum ꝙ inferius habet maſſam, & continue eleuatur vſq; ad ſublimem chordam. Hoc igitur ſic

De igne perpendiculari qui alias columna pyramidalis dicitur.

tur ſic incenſum ab æſtu ignis & loci dici-
tur a philoſophis Ignis perpendicularis. Si
autem eſt in æqualiter ſubtilis & calidus,
ſed ſubtus non habens multa tereſtria, quę
dilatari queant propter cauſam dictã tunc
iterum illud totum eadem cauſa inflamma
bitur, & vocatur Lancea ardens, propter
longum ſubtile quod protenditur inferius. De lancea
Et ſtat erectum in figura, acumen habens ardente.
ſupra, ſicut ignis ꝑpendicularis. Si aũt eſt
æqualiter ſubtilis, & bene tenuis & aptus
inflammationi, tunc etiam æqualiter aſcē-
dit in omnibus partibus ſuis. Aut ergo eſt
æqualiter diſgregabilis per calorem in om
nem partem dimenſionis, & ſic efficitur la
tum, quaſi rotundum natans in aeris ſuper
ficie. Et illud eſt quod vocatur a vulgari-
bus Candella accenſa, licet enim latum ſit De cande-
in ſuperficie, tamen videtur rotundum & la accenſa
ſphericum propter longitudinem noſtri vi
ſus. Aut ille vapor eſt æqualiter ſubtilis,
ſed non extenſibilis, niſi in partem vnam,
propter paruitatem materiæ, ſicut corium,
quod cum in vnam partem extenditur, ad
aliam contrahitur. Et tunc vapor ille accen Aſſub aſcē
pens.

 ſus dici

ſus dicitur Aſſub aſcendens. Aut enim ē æqualiter ſubtilis, ſed non bene continuus nec ſibi adherens, ſed vna pars eſt diſtans ab alia, tunc vocatur Aſſub aſcendens arabice, vel candela duplex poſt aſſub, ſicut ſi ſcintillæ euolarēt de fornace. Et hæ quinꝗ impreſſiones conueniunt in hoc, ꝗ euolant omnes ſurſum in ignem, & nihil eorū deorſum deſcendit ad terram.

Scintillæ ardentes.

PARTICVLA SECVNDA, DE Impreſſionibus ignitis deſcendentibus. Quarum ſex ſunt.

SI autem vapor non eſt vehementer calidus & ſiccus, tunc non poteſt penetrare mediam regionem aeris, que eſt frigidiſſima, tunc iterum cauſantur ſex impreſſiones de illo vapore. Aut enim calidus & ſiccus eſt vapor ille, & bene continuus in partibus, quia eius partes fortiter coniacent, aut eſt diſgregatus. Si diſgregatus, tunc ꝓpter calorem quando volat in aere inferiori, occurit ei nubes frigida, quæ confricat partem ad partem: & ex confricacione inflammatur, & quia diſgregate ſunt partes

Capræ ſaltantes.

vide

videtur diuiſus ignis egredi, ſicut ſtupa ac cenſa & ſufflata de cāna, & talis impreſſio a philoſophis vocatur Capra ſaltans. Si vero calidus bene continuus expellitur a nube frigida ſe tangente, tunc aut vapor eſt multus compactus & conglobatus, aut ē modicus non multum compactus. Si hoc ſecundo modo ſe habet vapor, tunc deſcēdit & cadit deorſum continue, ſed non diuiditur propter continuum caſum Et videtur quaſi ſtella longa cadens, quia relinquit veſtigium longum poſt ſe, & vocatur a philoſophis candela accēdens candelam, quia continue accenditur per deſcenſum. Si vero vapor primo mō ſe habuerit, vt q̄a multus & conglobatus, tunc accipit tres diuerſitates, a diuerſis quæ ſibi occurrūt in aere. Si enim nihil occurrit, tunc accenditur ex confricatione ſuꝑſius, & ſtat diu aliquando in aere. Et hoc eſt quod diſcurrentes de nocte dicunt lumina præcedere eos. Si autem occurrit ei aliquod in aere, aut hoc eſt deſuper expellens ipſum inferius, & vocatur a vulgaribus ſtella cadēs a philoſophis Aſſub deſcendens. Aut fri-

Candela accendens candelam.

Ignis fatuus

Stella cadēs

gida nubes eſt ad latus vnum, et calida ad latus aliud, Et tunc propter conuenientiã quam habet ad calidum, contrahitur ad illud, & ibi incenditur & augmẽtatur, poſt primam vero partem fumat, anteq̃ incendatur & dilatatur in medio, & incuruatur ſecunda pars propter incenſionem vnius partis, & extinctionem alterius, ſcilicet, verſus humidum &, frigidum. Et hoc efficit vt Draco volans, quia anterior pars accẽſa videtur quaſi ſpiramẽ draconis. Media autem incuruata eſt propter hoc, quia contrahitur a prima nube, & incuruat ſe vt ſerpens, & volat ſemper ad illud latus vbi circumſtat calidum, eo q̃ ſimile attrahit ſimile, & contrarium vnum expellit reliquum

Draco volans.

Si autem eſt vapor ſiccus, tenuis & inflammabilis medio modo, tũc pertingit ad mediam regionem, & non penetrat ipſam, & tunc generatur tertium aſſũb deſcendens, quia ille vapor cum frigore loci expellitur. Et q̃a multę nubes ſub eo ſunt, ideo in nubem incidens occultatur, & nubem penetrans rurſus apparet, & vocatur a philoſophis Aſſũb apparens & quandoq; non.

Aſſub deſcẽdens.

Et

Et hæc dicta de generatione vaporum ſic corum habentium impreſſiones in tribus locis ſublimioribus. Et ſic patet quod vndecim ſunt impreſſiones aeris, que omnes generantur ex vapore calido & ſicco.

IMPRESSIONVM IGNITArum breuis Epilogus.

Aſſub dictio Arabica latine inflãmatũ ualet, & ẽ duplex,	Aſcendens, quod ex uapore generatur inflãmato ĩ altũ tantũ aſcendente, & ſũt 5.	Ignis ꝑpendicularis. Lancea ardens. Candella accenſa. Scintillæ uolantes. Aſſub aſcendens.
	Deſcendens, ꝙ ex obuiante frigore uapori calido & ſicco mediocriter & deorſum ꝑellente cauſatur, & ſunt 6.	Ignis diuiſus uł Egle. Stella cadens. Lumen precedens. Stella cadens. Draco uolans. Aſſub quãdoq;, & quãdoq; nõ apparẽs.

Sunt itaq; vndecĩ impreſſiones ignitæ, quarum nominum variatio non eſt curanda, quia aliȷs ac aliȷs plerunq; nominantur nominibus.

Lege de predictis impreſſionibus cõpioſius apud Are. in. ca. 1 trac. 2. primi li. Mete. & apud ſcribentes ibidem

CAPITVLVM QVARTVM,

De im

de impreſſionibus humidis, & continet ſeptem particulas. Prima præmittit quædam præambula.

De conditione vaporis humidi mentionem facit.

NVnc autem tranſeamus ad ea, quæ generantur ex vapore humido tantum, ſicut ros, pruina, nix, grando, pluuia, & granuli magni qui quãdoq; in æſtate cadũt. Sciendũ, ex quo vapor hnmidus eſt aqueus, non eſt inflãmabilis, propterea quod in duabus qualitatibus contrariatur igni, ſcilicet in frigida et humida potẽtijs, licz actu ſit calidus & ſiccus temperate. Ad huius vero notitiam præexigitur, vt ſciat̃ quid ſit conuertens & conuertere potens vaporem in aquam. Et quid ſit conſtringens & conſtringere potens aquam in glaciem. Conuertere igitur vaporem, eſt ipſum inſpiſſare, & ad naturam aque reducere. Cũ autem frigoris ſit inſpiſſare, ſicut calidi diſgregare, patet quod omnis conuerſio vaporis fit per frigus. Congelatio etiam fit per idem frigus confortatum, & magis aquã conſtringens, quæ eſt conuerſa, Item notandum

Dicenda ꝓponit.

Vaporẽ conuertere. Cõꝑ.

tandum quod aliqua nubes conuerſa eſt in partibus ſuis,que eſt aqua actu & in facto. Et aliqua eſt in via conuerſionis, que eſt aqua in fieri. De his igitur eſt loquendū expreſſius in ſequentibus,quia ſepius in tractatu occurrunt. Dico autem omniū que generantur ex vapore humido,nihil eſt inflammabile. Item nota,quod aqua eſt elementū magis tenue ꝙ terra. Propter quod Sol attrahens tales vapores non multum retinetur ab ipſis vaporibus, ſed eſt exhalabilis per frigus conſtringens, & ipſos vapores. Et ideo nullus talium vaporum pertingit regionem æſtus, egrediēdo frigoris regionē, ſz eleuat plus et pl⁹ in regiōe frigoris excellentis vel tēperati,ſecundū quod plus vel minus ſunt calidi huiuſmodi vapores.

Diuerſitas nubium.

Vaporem aqueum nō aſcēdere ad regionē æſtus declarat

PARTICVLA SECVNDA
De Grandinis geratione.

SI autem ſit vapor humidus valde calidus, tūc ille vapor erit valde rarus aſcēdens vſqꝫ ad regionem frigoris, cum autē ſit frigus circumſtans in loco, penetrat profundum eius vndiqꝫ, eo quod rarū in omnibus

De grandine determinat Ariſto. 2. mete. 2. ca. primi tra. Grandinis generatio.

nibus partibus dat ingreſſum frigori. Cum autem ingreditur frigus & ſimul egreditur calor, frigus incipit conuertere, coartare, inſpiſſare conuerſas partes vaporis, & quia frigus illud eſt forte ac magnum, ideo incipit velociter pars fluere in partē. Et q̄a frig⁹ dominās cōſtringit aquā conuerſam, & generat grandinem magnā vel paruam, ſecūdum quod frigus eſt magis vel minus potens ſuper vaporem. Huius ſigna duo ſunt, quorum primum eſt, ꝙ grando non cadit niſi temporibus calidis, vt in vere, & fructuum tempore, vt in Autumno, quia tunc incipit adurens calor & exiccans, multum accendens vaporem, & alte eleuans ipſum ad frigus. Et ex hoc vapor rarus vndiq; frigore circumpoſitus, dat frigori ingreſſum, & fortiſſime cōſtringitur. Sicut aqua calefacta expoſita ſub gelu, vt in hyeme, plus congelatur q̄ frigida in eodē loco poſita: eo quod aqua calida eſt magis rara: & ideo dat magis ingreſſum frigori. Aliud ſignum quia grando non eſt directe rotunda, ſed quaſi in forma lentis, circumpoſitis gutis congelatis.

Quo tempore grādo generetur oſtēdit.

De forma grādinis cauſam aſſignat.

hoc em̄

Hoc enim accidit ei, quia cum vapor eſt expaſſus in latum, frigus tunc magis contraxit de materia à lateribus q̃ a ſuperiori vel inferiori parte. Et tũc cum eſſet frigus magnũ, congelauit partem aquæ, antequã alia pars flueret ad ipſam. Et ideo alia pars fluens ei adhæſit, ſicut gutta congelata. Si autem inuenitur aliquando grando rotunda, hoc eſt per accidens, & eadem de cauſa eſt grando ſemper liqueſcens & non ſicca, quia quando cadit a regione frigoris, trãſit per inferiorem aerem, quæ regio ex reuerberatione ſolis a terra & aqua, & etiam ex permixtione vaporum calidorũ eſt temperate calida, & ideo ex motu & caliditate aeris illius liqueſcit extrinſecus & inueniẽ cadens liquida.

Tacite queſtioni reſpõdet, & cur grãdo liqueſcens cadat cauſam ponit.

PARTICVLA TERTIA DE generarione niuis.

De niue (de qua Autor in preſenti ca.) Ariſt. 2. meteo. ca. 1 tra. . determinat.

NIx autem contrario modo ſe habet quo ad tempus reſpectu grandinis in quibuſdam tamen, vt in materia conueniunt. Generatur enim ex vapore calido, non tamen ſicut grando. Et huius ſignum

Signa futuræ niuis.

eſt prognoſticatio ruſticorum,qui in hyeme quando remittitur frigus,tunc niuem expectant,niſi ſint nubes obſcurę. Aliud ſignũ verius eſt,quod ego obſeruaui, et nõ inueni fallaciam in illo. Vapor futuræ niuis,pallidus & lucidus eſt,& videtur multus,hoc eſt ſignum raritatis ipſius vaporis.

Tempus q̃ nix generat

Item diu ſtat in aere, quandoq; per octo dies,& hæc eſt cauſa caloris,ſed non eleuatur niſi tempore hyemis,& hoc ideo, quia Sol debilis eſt, & ideo tunc adiutorio Lunæ vel alterius ſtelle planetarum,in hyeme ſufficit vaporem eleuare. Sed non ſufficit

Locus quo nix producitur.

adeo incendere vel calefacere,ſicut in æſtate fit. Hinc igitur accidit,ꝙ vapor niuis nõ pertingit vſq; ad regionem frigoris, ſed remanet circa regionem temperate frigidam tamen illi regioni eſt magis vicinus q̃ terre & ideo frigus non eſt adeo forte ſuper ipſũ nec eſt vapor adeo rarus vt vndiq; frigo-

Cur nix lata cadat ſicut lana.

ri daret ingreſſum. Contingit etiam ꝙ vapor niuis ſimul conuertitur & congelatur, non autem conuertitur prius & cogelatur poſterius. Et quia vapor in conuerſione ē diffuſus ,ſicut lana carminata, ideo nix cadit lata

dit lata. Sicut ſi partes lanæ eſſent ſparſæ, quia frigus nō fuit forte ſuper ipſum, ideo in ipſo egreſſu caloris cōglobatur. Et quia ille calor egrediens aliquantulum reſoluit illud, quod debiliter congelatum eſt, ideo nix cadit mollis faciliter compreſſibilis, quod non eſſet ſi omnino eſſet glacies, ſicut grando hoc autem locus inferior in æſtate facere nō poteſt, quia tunc reflexio radiorum nimis calida eſt, et congelationi ipſius niuis non apta. Sed vix ſufficit cōuerſioni aquę ſicut accidit in pluuijs, vt ſtatim dicemus. Cur nix mollis ſit.

PARTICVLA QVARTA DE generatione granulorum.

EX his duabus cauſis cōcluditur cauſa granulorum que cadere conſueuerunt in Martio & Aprili in noſtris (puta) ſexto et ſeptimo climatibus, et vltra in pte octaui climatis, quæ plus a via ſolis diſtāt quam alia. Videmus etiā quædam granula rotunda raraq; frequenter, habentia formam ciceris, & hæc generantur ex cauſa mixta ex vtroq; eorum, ex vapore magis calido & eleuato q̄ nix, ſed minus q̄ grā- Granulorū gñrādi modus.

do, et quaſi in termino duorum locorum nominatorum. Et ergo iſta interius habēt raritatem niuis ſed non molliciem, eo quod frigus magis vincit, ſeu, viguit ſuper ea, exterius autem tendunt in grandinis compactionem. Cum autem conuertitur, vapor ille aliquantulum ex grauitate ſubtus dilatatur, & ſuperius magis attrahit de calido ſubtili, igitur ibi efficitur acutum. Huius ſignum eſt, ꝙ frequenter in medijs temporibus generantur, ſcilicet in Vere, & magis in principio veris quam poſt medium tempus ipſius, exiſtente ſole in vltima facie Piſcium, & in principio Arietis.

PARTICVLA QVINTA, DE generatione pluuiæ.

Quo pacto pluuia ꝓducatur oſtendit, et de hac lege Areſto 2. Me. circa initium.

VApor autem aqueus (vt frequēter) non eſt rarus & ſubtilis & calidus ſed potius humidus, et fumoſus, & groſſus Et ideo non alte aſcendit ad regionem intenſi frigoris, ſed remanet in inferiori, cuius frigus ſufficit conuerſioni, ſed non congelationi, niſi per accidens, & ideo a tali vapore reddit̄ aqua pluuialis. Dico autem per

accidēs

accidens quia ex frigore accidentali in ae-
re exiſtente: ipſæ pluuiæ anteq̃ veniunt ad
terram, congelantur & cadunt, vt glacies,
in æſtate vero non, quia tunc calor fortior
eſt & impetuoſe eleuat vaporem ſpiſſum,
non bene conglutinatũ, qui diuiſus in par-
tes groſſas, eleuatur parum. Et partes frigi
dæ inuentæ in aere, diuiduntur a calore di
uiſim eleuante vaporem, ſiue partes vapo-
ris ſpiſſi, & ſtant ibi cum nube aquea, & ha
bent ibi aliquid frigoris, & aliquid calidi
alibi. Et ideo frigus iſtud tangit
partes vaporis groſſi ſtantis cũ nube, & ſu
bito conuertit eas, & inde fiunt guttæ ma-
gne, cadentes in æſtate & ſine vento. Et
videntur per ſolis lumen tranſire, ſicut par
uæ cãdelæ, & ſũt calide multũ humectã-
tes. Quod aũt hæc ſit cauſa & generatio
pluuiarum, & guttarũ magnarum, ſignũ
eſt in aquis pluuialibus, de quibus calidũ
euaporatiuum non eſt remotum, in toto
manet vis conſtipatiua ventris, Aqua em̃
pluuialis conſtipat ventres, & valet diſſen
tericis.

Experiẽtia notabilis

PARTICVLA SEXTA, DE

de generatione Roris.

De rore lege Ari. in 2 meteo. ca. 1 a tracta. vbi de humidis impreſſionibus agit.

COnſequenter dicendum eſt de rore, qui habet aliquod ſimile cum pluuia, & de cauſa pruinæ videndum, quæ etiam habet aliquod ſimile cum niue. Generatio roris eſt ex vapore groſſiori q̃ pluuię & minus calido, eo ꝙ habet aliquod terreſtre admixtum, & ideo non eleuatur niſi parum & non fit in tempore magne caliditatis, neq; magne frigiditatis. Et fit eius conuerſio iuxta terram, & aliquando ad altitudinem vnius cubiti, vel palmæ, vel turris, vel huiuſmodi. Fit enim conuerſio huiusmodi vaporis dupliciter. ſ. per ſe, & per accidens. Per ſe, fit a frigore aeris in nocte, quando non eſt reflexio luminis a ſole, & ideo eſt parui humoris, & cito conſumitur a ſole. Alia eſt conuerſio per accidens ſui ipſius, & fit ex reſolutione multi vaporis in ſeipſum ad aliquod reflectens ipſum, vt patet in olla cooperta, vbi reflexus fumus generat aquam. Et ſicut fit in inſtrumento quo fit aqua roſacea, Vñ cum cœnatur de ſero in gramine, in crepuſculo veſpertino fit rora-

ſit roratio ſub mēſa per reflexionem vapo ris ad menſam.

PARTICVLV SEPTI. DE GE neratione Pruinæ, & cuiuſdam ſpe= cialis roris.

PRuina autem fit ex vapore eiuſdem naturæ. Sed frigus denſum in aere cō gelat ipſum conuertendo, ſicut dictum eſt de niue, et q̄a frigus magis condenſatur in corporibus ſolidis, ſicut ſunt lapides & li= gna, ideo egrediēs frigus ab illis, & tangēs vaporem circumſtantem, conuertendo cō ſtrigit ipſū, et facit ipſū circa ſe ſtare. Quod aūt hoc ſit verū, ē ſignum ſatis familiare, in ſpiraminibus in hyeme ad veſtem, vel pi= los, quia ſpiramen magis humidum eſt in hyeme quā in æſtate, propter generationē flegmatis, cuius proprium eſt eſſe in hye= me. Groſſus ergo vapor expiratus conuer tendo congelatur, & circunſtat pilis & ve= ſtibus, vt pruina arboribus. Duriciei autē pruinę ſuper niuem cauſa eſt, quia denſū frigus circa terram ex condenſatione ipſius in corporibus terreſtribus, expellit veloci=

Generatio pruinæ, de qua Aris. in loco prenotato.

Probat q̄d dixerat p ſignum.

Cur pruinæ duriciem habeat, oſtendit.

ter aerem calidum a vapore. Et licet in ipſa conuerſione congeletur, fit tamen rigidus, eo q nihil manet de calore eleuãte ipſũ q reſoluẽdo ipm̃ molificet. Fuit aũt quędã roris generatio magis a paſtorib⁹, q̃ phyſicis inuenta, cuius deſcenſum (ego a paſtoribus edoctus) frequenter obſeruaui. Eſt autem vapor valde ſpiſſus, quaſi olei fumus, vel ſepi vel adipis, generatus ex commixtione trium elementorum, Terræ, aquæ, aeris, & calidũ ignis eſt in eo digerens, & ideo ex eo efficitur humiditas vnctuoſa, dulcis valde ad modum mellis, & quando cadit ſuper Vegetabilia, primo effitiunt quaſi melle perfuſa. Poſt ea autem euaporato humido ſubtili aereo. remanet groſſum terreſtre Et quia bene permixtum & digeſtũ erat, videtur ſicut farina molendini volabilis, reſperſa ſuper arborum folia, & contrahit ea, inducitq ſterilitatem in eis. Quandoq euaporato calido, ex ipſo trahit ad ſuperfitiem ſecum humidum. Et quia ex frigore aeris generatur pellicula exterius, idcirco aer incluſus conuertitur ad ſpiritũ ſenſibilem & animalem & generãtur inde vermes et

De alia quadã roris generatiõe docte determinat.

mes & parue muſcæ, Et paſtores duo ma-
gna accidentia ex his prognoſticantur &
frequenter, quandoq; tertium. Quorum
duorum primorum, vnum eſt mors ani-
malium, ouium & pecorum. Et huiuſmõi Experien-
tiæ optimæ
duas cauſas mihi aſſignauerunt. Quarum
vna, quod ex dulcedine tãtum inde come-
dunt, quod eorum fel ex multa cholera au
gmentatur, ita quod cutis fellis ſcindatur
& fel per viſcera diffunditur ex multitudi
ne & amaritudine, & ſcindit ea & per con
ſequens animalia moriuntur. Alia cauſa ẽ
quia nimis auide ſumẽdo dulcedinem tũc
epar opilatur, & nutrimentum multum at
tractum (non poteſt em̃ ab ipſo digeri, &
ad membra dirigi, propter venarum epatis
repletionem) ibidem remanens cõculcat̃
& ebullit, & ex ebullitiõe ſequitur putredo
& partium tranſpoſitio, ex quo ſequit̃ tranſ
ſubſtantiatio, id eſt, nouæ rei generatio, er-
go materia in epate putreſcit, & generant̃
inde ſanguiſugæ, & replent totum epar. &
vtrumq; verum eſſe oculis conſpeximus.
Et hæc dicta ſunt de generatis impreſſio-
nibus ex vapore humido in alto.

PARTICLVA OCTAVA

dans cauſã cuiuſdam accidẽtis omnium impreſſionũ præmiſſarum.

Cur impreſſiones calide ſimilit̃ & frigide quandoq; impetuoſe et aliquãdo paulatim aſcendãt cauſas aſſignat.

IN vtriſq; autem prehabitis generationibus ſ. generatis ex vapore calido, ſicco & inflammabili, & generatis ex vapore humido, eſt vnum accidens, quod non ẽ ſilentio præterundum .ſ. q qñq; ſubito et impetuoſe, quandoq; ſucceſſiue deſcendũt & ſuauiter cadũt. Huius cauſa eſt duplex. Quarum prima eſt frigus expellens ſibi contrarium calidum, ſicut accidit in Aſſub cadente, & Dracone volante, qui mouetur ad latus non directe inferius. Eſt enim vapor inæqualiter leuis & grauis, curuans ſe propter nubium motum, & inflammatur ex confricatione, quẽ ad latus vnum pellit frigus obuians, & ad aliud contrahit calidum conſimile. Aſſub autem cadit ex impulſione ſui contrarij, quod inclinat ſe ad vnam partem ſiue plagam mundi. Vnde dicunt marini. quod vẽtus ſublime flat ad iſtam partem, & puto eſſe verũ, Alia cau-

2. cauſa

ſa eſt

cauſa eſt fortiſſima impulſio, ex duplici im pellente. Quorum vnum eſt frigus loci, vt dictum eſt. Et huiuſmodi ſignum eſt, quñ effunditur ignis in aquam raram, fit enim ibi impulſio & expulſio ſubita & impetuoſa vnius ab altero. Aliud eſt vapor ſiccus expellens humidum, & econuerſo, & ideo impetuoſa pluuia ſemper eſt a vento precedente, & inuoluēte & inſpiſſante nubem. Et hæc dicta ſufficiunt de generatis in alto ex vapore ſicco inflammato, & ex vapore humido non inflammato. Epilogus.

CAPITVLVM QVINTVN DE cauſis, loco, generatione, & de accidentibus Ventorum.

DIcendum eſt nunc de ventis, et cauſa materiali ventorum & efficiente, & de loco generationis eorum. Ventus igitur fit ex vapore groſſo & ſicco tereſtri materialiter. Efficitur autem a calore ſolis, hūc vaporem eleuante & non conſumente. Huius ſignum eſt, quod venti fortes præcipue ſunt in autumno, Sole exiſtente circa equinoctium autumnale, quia tunc ſol com

Materialis cauſa ventorum. Efficiēs cauſa venti. Probat a ſigno.

comburendo exiccauit elementa, & ideo vapor exhalatus eſt magis ſicus terre?. Et ideo dicitur quod in autumno complexio terrea dominatur, id eſt, frigida & ſicca. Lo-

Locus generationis uentorum.

cus vero generationis eſt circa mediam regionem, quæ eſt maximi frigoris, aſcendit em̃ illuc vapor terreus. Et ille cum per naturam ſit calidus & grauis obuiat ei frigus loci & inſpiſſat & grauat ipſum, & deſcendere facit aliqualiter. Calor autem ſolis nõ eſt de facili ſeparabilis ab illo, q̃a magis cõfortatur in ſicco terreſtri q̃ in vapore humido, & ideo iterum eleuat ipſum, & fit violenta aeris impulſio, quæ flatus vocatur.

Epilogat et dicenda ꝓponit.

ſicq; determinata cauſa materiali & efficiẽte, & dicto de loco venti in cõmuni, oportet magis ad ſpeciem tranſire, vt ſciat. quare ventus non venit de ſublimi, quemadmodum pluuia, ſed ſemper a lateribus.

Ventus nõ ab alto ſed lateribus ẽe venit.

Ratio eſt, quia locus generationis venti, ſecundum q̧ flare incipit, eſt in extremis terræ, & nõ ſuper terram. Cauſa autem eſt, quia reflexio radiorum eſt debilis in extremis terræ, & in medio fortis. Et hoc eſt propter angulum radij, qui in extremis eſt obtuſus

in me-

in medio autem rectus ſiue acutus. Cum igitur cauſa effitiens venti ſit calor debilis & euocans tantum, ideo confortatur materia venti in extremis terræ noſtræ habitationis vel ſituationis, & non directe cadit ſuper ipſam. Cauſa autem eſt quare ventus flat diſcotinue, vt flatum facit vnum, & ceſſat ad horam. & iterum flat, debilitas eſt caloris ſolis, quia in vapore illo eſt frigiditas loci & natura vaporis deprimit ſuperiorē partem eius valde vehementer. Et cum latiſſimus vapor ſit inſpiſſatus a frigore, multum agitat aerem, & dat flatum donec deſcendit conuerſio ſuperioris extremitatis ipſius ſuper inferiorem terræ ſuperfitiem, deinde reſurgit calor ex radijs ſuper terram, iterum calido ſuo eleuante ipſum, & ſuper addente ei materiam ex eleuatione pluris vaporis in ipſum, & ideo confortatus iterum dat aſcendendo alium flatum fortiorem. Sciendum eſt etiam quod vapor terræ nunquam aſcendit æqualiter in omnibus partibus, quia ſunt in eo oppoſitæ virtutes. ſ. grauitas & leuitas, nec eſt æqualiter ſubtilis, propter duriciem ſicci vaporis, & ideo

Aſſignat cauſam cur ventorum flatus ſit diſcōtinuus.

Notabile.

& ideo aſcendit ſicut pellis extenſa ab infe-riori ad ſuperius, cuius ad nos verſa eſt la-titudo. His viſis, facile eſt videre qualiter vnus flatus ſit alio fortior, & quis eorum ſit fortior. Cum enim ſuperior extremitas inſpiſſata a frigore loci deſcendit. & ſpiſſum aerem fortius impellit quam rarum, fortior erit flatus deſcenſionis quam aſcenſionis. Iſtam autem aſcenſionem & deſcēſionem dicunt philoſophi motum tortuoſum terre-ſtris vaporis. Sicut etiam vocant ipſum va-porem magis proprie fumum, propter ſui terreſtreitatem, & vaporem aqueum ma-gis proprie vocari nomine proprio vapo-rem. Hic autē eſt ſcire neceſſarium, quod Aer eſt elementum etiam omni impulſioni obediens, & facile eius motus fit ad om-nem partem per naturam ſui. Signum au-tem huius eſt, proiectio ſagitarum in aquā Cuius impulſione violenta fortiſſime aqua impellitur, & inundat pars partem impel-lens, quouſq; ceſſat vis violentiæ. Si ergo paruum impellens adeo fortē dat ſibi mo-tum, non eſt mirandum ſi fumus latiſſimus dat flatum. Inde colligitur cauſa ſoni ipſi? venti

Infert cur vnus flatus venti fortior ſit alio.

Aer impulſioni facile eſt obediēs.

Quō vento rū flatus ſonum facit.

venti admodum vndarum ſeſe conſtringē tium,ex eo quod vna inundatio præuenit aliam,& effundit ſe ſuper eam. Ex his de plano poteſt patere cauſa triplex abſciſionis ventorum, ſcilicet,intenſum frigus,intenſus calor, & hæc abſcindunt ſimpliciter,& pluuia ſequens hæc abſcindit ſecundum quid.Frigus quippe intenſum non permittit terram aperiri,vt fumus eleuetur Calor autem intenſus fumum comburit.Sed pluuia ex hoc quod aerem infrigidat, grauat vaporem,ita quod quando deſcendit ſubito,eleuari a debili calore non poteſt. Et ſimiliter terram humefacit,& poros terræ ſuperficiei(per quos exiuit fumus) obſtruit, &,ideo præſcinditur materia adaugens vē tum. Et ideo quicquid non continue regeneratur,cito deficit,ideo ventus ceſſat poſt magnas pluuias.Sed quia ceſſant e pluuia turſus reſurgit calidum in terra et aerē exiccat & eleuat vaporem & fumum. Et ideo frequenter poſt aliquam horam, vel diem iterum reſurgit ventus niſi pluuia ſit longa valde,quæ poſt multam frigiditatem facit victoriam in ſummo venti.Ex his etiam liquet

Propt tres cauſas ventorum flatus ceſſat.

Pluuia ventum abſcindit.

Cōp.

quet

quet quare vapor ventorum non conuer-titur, & cadit ſuper nos ſicut aqua pluens. Huius igitur ſecundum ſupra dicta, cauſæ ſunt duæ. Quarum etiam vna & principa lior eſt materia venti, quæ eſt ſicca & non bene continuabilis, ſed tamen habens ali-quid naturæ humidi quod eſt continuum, vt fumus, & ideo de tali materia reſoluta non apparet ſenſibiliter, ſed diſpergitur ad modum atomorũ. Alia cauſa eſt ꝙ vapor venti non natat ſuper nos, ſed dirigitur ad extrema habitationis noſtræ ſeu in conue xum arcus vnius terræ ideo non cadit ſu-pra nos. Dico autem conuexum vnius ter ræ, quia terra rotunda eſt, & quandoq; vẽ tus eſt in terra vna, qui non eſt in alia. Et tunc vapor, licet non ſit ſimpliciter in extre mo, eſt tamẽ in cõuexo arcus reſpectu ter ræ in qua flat. Et hæc dicta ſufficiant.

CAPITVLVM SEXTVM

dans numerum ventorum, pro prietatesq; ipſorum bonas & malas.

HIs viſis, ponam omnes vẽtos locaq; eorum generationis, & impreſſiões

ſin-

ſingulorum, de his quæ fiunt vel generantur in noſtro habitaculo. Sunt autem quatuor ſimplices qui generantur verſus quatuor angulos Solis ſuper noſtrum orizontem diſtincti. Sunt autem iſti ſecundum Areſtotelem, Septentrio, meridies, ſubſolanus, fauonius. Item inter quoſlibet duos ſunt alij duo, & ſic ſunt octo medij. Itē inter ſeptemtrionem et ſubſolanum ſūt Aquilo Septemtrioni propinquior, & Vulturn⁹ ſubſolano propinquior. Item inter ſubſolanum & meridiem eſt Eurus ſubſolano propinquior. Et Notus propinquior meridiei ſiue auſtro, quæ idem valent. Item inter Auſtrum & fauonium Africus propinquior auſtro. & Zephirus propinquior Fauonio. Item inter Fauonium & ſeptentrionem Cirtius vicinior fauonio, & Corus propinquior ſeptemtrionali. Duos eñi præter hos incerti flatus & vagi ponunt quidam, ſi ſunt, non determinantur ab iſtis ſed potius in eiſdem locis generātur, ita ſcz quod eleuatio vaporis in gyro eſt quaſi cōtinua, modo hic, modo alibi. Supereſt aūt determinare, quare vnus iſtorū ſit magni

De ventis tam in generali quā in ſpeciali. lege Ariſ. 3 Meteo. in tracta. 1.

Proponit dicenda.

flatus & pauce pluuię, & frigide auræ & ſerenæ. Alter autē leuis flatus, multæ pluuiæ & corrumpētis auræ. Duo autem ſūt multorum flatuum, vt frequenter, non tamen fortium. Vnus autem abſcindens pluuias, Orientalis vel ſubſolanus, alter autem conducens pluuias, Occidentalis ſiue fauonius. Dico autem quod Aquilo fortiſſimi flatus eſt & abſcindit pluuias, & depurat aerem. Et hæc omnia cauſantur a frigore ſui vaporis, quia condenſat vaporem, et venit a loco frigoris, qui eſt iuxta arcticū polum, ideo frigidus eſt ventus, et quia frigus claudit, & continet terræ poros ac ſuperficiem eius, ne euaporare poſſit, & ideo depurat aerem abſcindendo materiam pluuiæ. Eadem ratione claudit poros corporum noſtrorum, ne immutentur ab ingreſſu exteriori in nos euaporabilit. Et ex hoc continetur in nobis calor naturalis & fortificatur, & efficitur homo ſanus. Huius ſigna ponam duo, quorum vnum eſt Hippocratis, qui dicit in hyeme ventres eſſe calidiores ꝙ in æſtate, cuius eadem cauſa eſt Aliud ſignum eſt quod habetur ex artifitio

Aquilo abſcindit pluuias.

Aquilo corpus fortificat ac calorem naturalem eiuſdē.

tio Iacob in Geneſi,ca.xxx Qui v͛gas poſuit ad aquas qn̄ pr̄ia fuit admiſſura arietū & hoc ſicut infra probatur, quando flat Aquilo, eo quod ille ſolus continet poros in generationibus & ſeminibus, ne euaporentur ſpiritus, & debilitentur fœtus cōcepti. Dicit enim Areſtoteles in libro de animalibus, quando paſtores volunt quod oues concipiant maſculos, tunc procurrāt arietum aſcenſiones verſus Aquilonem, tēpore venti aquilonaris. Item hic etiam ventus dicitur a philoſophis flare recte & directe, non motu eleuationis vel depreſſionis in fine flatus. Et huius cauſa eſt, quia flat⁹ eius venit ab Aquilone in Meridiem, & quanto plus accedit ad meridiē, tanto plus accedit ad calidum, propter quod rarificatur vapor & ſubtiliatur, & non deprimit̄ nec eleuatur. Meridionalis autem ventus oppoſitis de cauſis habet accidentia oppoſita, quia em̄ calidus eſt eius vapor et exit a loco calido, ideo morbos adducit. Euaporat enim naturale calidum, & ſubintrat calidum aeris turbatum & corruptum, & qa conducit vapores terræ, poros aperiendo, ideo

Aquilo flare dicitur recte ſeu directe.

De vento meridionali doctiſſime determinat & oſtēdit eundem habere oppoſita accidentia ad aquilonem.

ideo multiplicat pluuias. Flat autem tortu oſe, quia flatus eius eſt ab meridie ad aquilonem, & inundans vapor inuenit frigus Aquilonis, & ideo inſpiſſatur, & per conſequens flatu ſuo incuruatur, et flatum retorquet. Et ex illa tortuoſitate flatus iterum inuoluendo comprimit nubes aqueas inuentas in aere, & facit etiam hac de cauſa pluuias. Quod autem dictum eſt vnum flare tortuoſe, & alium directe. Aliquando habet impedimentum per accidens, ſicut dicit Areſto. quod iuxta Corinthiam flat aquilo tortuoſe, & hoc contingit propter recuruationem inundantis vaporis, ad quoſdam montes ibidem exiſtentes altiſſimos. Ita etiam econuerſo propter loca calida quæ pertranſit Meridionalis, incipit dirigi in flatū meridionalem. Eadem de cauſa in noſtris climatibus, ſexto & ſeptimo, venti auſtrales non adducunt morbos, eo quod antequam ad nos veniant, infrigidātur in nubibus montium & aeris. Et ideo non adeo aperiunt corporis poros, quod ſanitati nocet plurimum. Tempus autem flatus aquilonis eſt in vere plus, & in autumno minus, & cau

Obiectionē tacitā ſoluit

Nota.

Tempus flatus aq̃lonis

& cauſa primi temporis eſt, quia in frigo-re hyemis vapores multi ſunt congregati in terra concluſi, qui tempore veris euapo rantur vel euocantur, & faciunt vẽtos. Et precipue in aquilone vbi magis de frigore tenuis quoq; calor eſt, qui non conſumere poteſt. In autumno autem terra eſt exicca ta a calore ſolis, & ideo calor ſolis de facili euocat vapores, eo quod tunc terra non ẽ conſtricta, & cum egreditur vapor, ſiccus ẽ valde, & ventus altus in aere incipit flare valde. ideo prouerbium vulgi eſt, quod vẽ ti alti flant in autumno. Subſolanus ven-tus eſt calidus & ſiccus, abſcindens pluui-as, non tamen adeo vt aquilo, eo quod eſt de vapore ſequente ſolem, qui ſiccus eſt, & motus firmamenti iuuat ad hoc, quia idẽ motus venti illius, vt eſt motus diurnus. Et ideo reſoluitur vapor & exiccatur. Fa-uonius autem per oppoſitas cauſas addu-cit pluuias. De medijs autem iſtorum eſt intelligendum mixtim, ſecundum naturã principalium. Et notandum, quod mane ante diluculum, eſt ventus quandoq; de die, & ceſſat in nocte, & econuerſo. Huius

Subſolanus.

Fauonius.

Cur venti flatus percipiatur quandoque dedie et ceſſet ad noctem et econuerſo, cauſa aſſignat.

autem ratio eſt, quia de mane emittuntur radij ſolis (vapore frigiditate noctis cōpreſſo) in orientem, & ideo ſol eleuat ipſum Et ipſe iterum ex frigiditate loci deſcendit, & ideo facit ventum, qui quandoqꝫ ceſſat ſole vincente & quandoqꝫ confortatur, qñ ſol non ſufficit vincere, ſed tantum ſufficit eleuando repugnare continuæ depreſſioni Vapor igitur ſiccus deprimitur nocte, & eleuatur in die, & econuerſo vapor calidior de die vincitur & aliquantulum frigiditate noctis deprimitur, & proprio calore iterũ eleuatur, & ideo de nocte venti flatum efficit. Hæc determinata ſint de generatis ex vapore ſimplici humido & ſicco, & in loco alto. Vnde verſus. Sunt ſubſolanus, vulturnus, eurus ab ortu. Cirtius occaſum zephiruſqꝫ fauoniꝰ afflant atqꝫ die medio notus errat, & affricus auſter. Proueniunt aquilo, boreas & corus ab arcton.

Epilogus. Carmine vẽtorum nomina deſcribit.

CAPITVLVM SEPTIMVM, de materia & generatione Tonitrui & Corruſcationis.

Deinceps

DEinceps erit noſtra intentio, tangere cauſas impreſſionum compoſiti vaporis, Sicci & humidi, vel ſicci cum ſicco, vel humidi cum humido, & cum lumine Solis, & lumine ſtellarum quia tunc habebimus omnia quæ in alto generantur ex vapore. Prima autem compoſitio vaporis eſt humidi cum ſicco, non commixtis vaporibus, ſed diſtinctis, quæ compoſitio cauſat tonitrua & corruſcationes. Secundo dabimus cauſam de motu terræ, qui cauſatur ex vapore ſicco non mixto, ſed incluſo in elemento ſolido et ſicco, quod eſt terra. Tertio dabimus cauſam de vento turbinis, qui cauſatur a vento ſicco obuiante oppoſito vento. Vltimo de Iride & circulo Solis & Lunæ, de cometis & nubium coloribus, & nebularum, et de galaxia que generatur ex vapore qui coniungitur cum limine ſolis ſiue ſtellarum, & tunc perueniemus ad omnia quæ generantur in alto ex vapore calido ac ſicco, Dicendum eſt ergo quod materia tonitrui eſt alia et eius locus eſt alius generationis. Materia eſt vapor ſiccus valde & calidus, ille enim de facili totus

De impreſſionibus qui ex compoſito vapore generantur determinare incipit, p̄mo dicēda in generali, proponit.

Materia tonitrui.

incenditur. Cuius ſignum eſt (licet turpe) ſatis familiare, in ventoſitatibus ventris, qa ſicce ſunt & terreſtres, ideo emiſſæ, ſi modi cum tanguntur ab igne, ſtatim inflammã- tur, & crepitant. locus autem tonitrui ſiue vas generationis eſt nubes aquoſa & con- caua. Eleuantur enim forti calore ſolis am bo ſimul vapores, cum autem vapor terre ſtris non ſit adeo dilatabilis, vt aqueus, con ſtringitur in medio ſui, & alius expanditur circa ipſum ſicut tentorium. Et quia exte- rior eſt humidus & interior ſiccus, interi- or fugit contrarium in profundum nubis exterioris, exterior autẽ loci frigiditate cõ- trahitur, & amplius agitat interiorem. Et interior agitatus confricat partem ad par- tem, et ad latera exterioris. Et ex ipſo motu & confricatione contingit ipſum igniri, ig- nis autem à ſuo contrario expellitur, & vis ignis ſcindit nubem aquoſam, et in ſciſſura illa accidit corruſcatio & ſonus, quæ ſimul fiunt in tempore, ſed non ſimul comprehẽ- duntur, eo quod viſus eſt auditu ſpirituali or & hæc etiam eſt Areſtotelis ſententia

De loco to nitrui.

Notandum quod tribus modis fit ſonus

in toni

in tonitru,ſicut probari poteſt ſuo tempo-
re & loco. Et tribus modis fit egreſſio vni
us vaporis ab alio. Et ideo ſunt ſex hic no
1 tanda. Fit enim quandoq; egreſſio violen
ta per expulſionem vnius ab alio,quemad
modum dicit Areſto.in libro Meteororũ 2
Quandoq; autem non ſic tantum,ſed va-
por paulatim aſcendens nubem in qua eſt
euolans,inuenit aliam ſiccam,conſtrictam
& ſpiſſam,& inuoluit ſe in illam & ex col
liſione facit ſonum,quandoq; cum corru-
ſcatione nubis,vt quando inflammatur Et
quandoq; ſine corruſcatione, quando ſci
licet ſolum colliditur. Tertio autem egre-
ditur paruus vapor,& rarus inflammatus 3
ex nube tenui & non multum aquoſa, &
tunc videtur ille ignis ſicut alba flamma ꝑ
fumũ multum,& non facit ſonũ in ꝓpria
nube,ſz obuiat ei alia nubes valde aquoſa
& ſpiſſa,& ideo quia debilis eſt flamma,
extinguitur in illa nube aquoſa, fumando
potius q̃ ſonando,ſicut fumat ferrum ca-
dens in aquam. Tripliciter igitur vapor e-
greditur de propria nube.ſ.ante inflamma
tionem,& in ipſa inflammatione. & poſt.

Sonus in nube fit tripliciter ſic etiã vnius vaporis ab alio egreſſio triplicit̃ fit.

Declarat v⸗berius præ⸗dicta.

Ante quidem inflammationem, quando vapor incipit comprimi in profundum nubis ſui tūc acūine, eo ꝙ ſiccus eſt vapor penetrat nubem & egreditur ad aerem, quē commouet fortiter vel debiliter, ſecundum diuerſitatem ſuæ virtutis. Et hæc eſt cauſa quare ante tonitrua ſunt venti fortes & validi. In ipſa autem inflammatione qn̄ vtcꝫ eſt rarus & debilis, tunc quia interior nō inuenit reſiſtens & egreditur ſine ſono vel vento, qui peruenit ad auditum noſtrū, ſicut accidit in æſtate in ſerotinis ac paruis

De coruſcatione tonitrui & aliïs pluribus de q̄bus au tor hic in litera mentionem facit, lege Ariſtotelē. 3. Meteororū capite 1. Tractatu. 3

coruſcationibus. Poſtcꝫ autem vapor inflā matus eſt, quandocꝫ eſt paruus, & tūc pulſando latera nubis facit ſonum, & antecꝫ pertranſeat extinguitur & tunc auditur ſonus ſine corruſcatione. Et iſtæ diuerſitates a paucis ſunt conſyderate, Sed omnes inueniuntur per experimenta, ſi quis obſeruauerit in noctibus auras æſtatis.

CAPITVLVM OCTAVVM DE diuerſitate & colore nubiū tonitrua continentium, de quę vario coruſcationum deſcenſu.

Nunc

NVnc dicam de diuerſitate nubis cõtinentis tonitrua, & poſt ea diuerſitatem vaporis ſecundum colorem ignis in ipſa nube. Et tandem diuerſitatem deſcenſionis eius ad nos. Eſt autem nubes frequẽter quadruplicis diſpoſitionis, quę continet tonitrua, nigra, rubea, viridis, et alba aliquãtulum. Nigra quidem nubes eſt ſpiſſa proprio frigore, & ideo non dat locum radijs ſolaribus vt penetrãdo dealbificent ipſam & ideo ſpiſſa fortiter comprimit vaporem, ex quo generatur ignis, et dat forte tonitruum, ſi vapor intrinſecus fuerit multus & ſpiſſus. Rubeſcens autem & nigra nubes de ſe eſt valde ſpiſſa, ſed vapor ignitus reſultat per ipſam. Et ideo, vt frequenter, dat fortiorem ictum ꝙ nigra, Viridis autem cum nigredine & rubore paruo eſt peſſima omnium nubium, ſi ſit ſupra aliquam ciuitatẽ, quia illa habet de igne plurimũ ꝓ pt̃ rubedinẽ et vaporis materiã multã ꝓpt̃ nigredinẽ. Et habꝫ aquã, ꝓpt̃ viriditatẽ, et ideo fit pugna fortiſſima frigidi cũ calido, humidi cum ſicco, intantũ, vt illa frequenter emittit fulmina magnorum lapidum,

Proponit dicenda.

Nubes tonitrua continẽs quadruplicem diſpoſitionem habet.

Nigra.

Rubeſcens.

Viridis.

qui de

qui deijciunt turres, & incendunt domos & homines deſtruunt. Albam vero nubẽ timere non oportet, quia parum habet de vtraq; materia, & ideo cum eius flamma ſuper ædiſitia ceciderit, ſtatim extinguitur anteq̃ incendat ea, niſi fuerint ſicca valde & cremabilia. Valde autem obſeruandi ſunt colores coruſcationum qui ſunt multiplices, Rubeus, clarus, alb⁹ flammeus, ruffus quaſi vinoſus. Primus cauſatur ex vapore non multum ſicco, humidum ṽo dat ei colorem rubeum, ſicut eſt flamma lignorum viridium, & eſt timendus color iſte, quia tale humidum continet materiam, quæ non ſemper ſpargitur, & ideo facilius & fortius incendet. Flammeus autem color albus, eſt valde ſicci vaporis, ſicut ẽ flãma ſiccorum lignorum, & ideo cito ſpargitur & non cremat, niſi valde cremabilia, ſicut eſt ſtupa & huiuſmodi. Ruffus autẽ color vinoſus, valde penetrabilis eſt, eo ꝙ coruſcatio illa eſt valde conglutinati vaporis ac valde terreſtris, & frequenter incendit & ſcindit. Caſus autem ipſius eſt de nube multiplex ad hæc inferiora. Primus modus eſt

Alba nubes

Colores coruſcationis. Primus.

Secundus.

Tertius.

Caſus ſeu

dus eſt quando vapor cadit inflammatus truffus de viridi nube & profunda, & hæc generat lapidē qui vocatur telum tonitrui hoc modo. Nam vaporabilis commixtio terreſtris vaporis incenditur, & cum tangit viridem nubem, quæ iam eſt in conuerſione ad aquam, conglutinatur, ſicut farina in paſtam. Fortiſſima autem incenſio obuiat, ei ita quod humore nubis non extinguitur, & ideo ſic conglutinatus vapor a fortiſſimo humido ac fortiſſimo calido, decoquitur ſicut later. Et quia calidum feſtinat fugere humidum, ideo in inferiori parte acuitur lapis, vbi primo ſincipit diſtillare vapor, & eſt groſſus in parte alia, & hic lapis ſcindit & incendit quicquid inuenit. Secundus modus eſt eiuſdem vaporis quando minus eſt conglutinatus, & in nube minus aquoſa, & tūc nō cōtinuatur, ſed incenſus ingreditur cum impetu, & incendit iterum & ſcindit. Sed non ſcindit niſi ligna et non lapides, niſi raro. Ligna autem ſcindit ex impulſu, & incendit ex inflammatione. Tertius modus eſt vaporis rubei coloris clari, qui nunq̃ facit lapides, ſed tamen ſua

modi quibus coruſcationes deorſum cadunt ſunt 6.

Primus

Nota quō generet celū tonitrui.

2 modus

3 modus

flamma

flamma non ſeparatur a vapore, & nunq̃ ſcindit, niſi valde compacta & terrea corpora, quæ non magnæ quãtitatis ſunt. Si em̃ magnæ quantitatis eſſent reſiſterent ei. Et hic interficit homĩes, & apparet in eis odor combuſtionis, & non videtur vulnus, quia cum ſit ſubtilis, ſubintrat ſine vulnere, & ſi aurum in burſa inuenerit, cõminuet illud, & burſam non lædit, quia burſa eſt corpus rarum dans locum, et facile ſubintrat, aurũ autem compactum & durum reſiſtit, & ideo quandoq; cominutum eſt in partes, quandoq; in puluerem, & hoc modo noſtris temporibus accidit, quod gladium cuiuſdam perforauit, & non læſit vaginam, & lapidem paruum cõminuit, magnũ ṽo non. Quartus modus eius vaporis eſt magis rari, et ex minus aquea nube egredĩetis & ille ſubintrans non diuidendo lædit, nec aperte incendendo. Sed eſt corruſcatio rubea valde, continua & multum nociua, nocet enim vineis, vt mihi retulere vinitores, & pręcipue botris illis qui multis folijs ſũt coopti, & cũ per aliquod forame corruſcatio cũ radio ſuo ꝓijcit illuc vaporem, eo ꝙ

Nota experientia.

4 modus.

vue hu-

vuę huiuſmõi ſic leſæ euapare nõ poſſunt Et hæc corruſcatio non tantum nociua ẽ arboribus, immo etiã aliĵs corporibus, ſup quę directæ cadit. Et etiã ſuꝰ radius eſt nociuus huic quod tangit, quia corrumpit ipſum, eo quod illud facit ex natura eius. Vñ hac de cauſa quidam inſpicientes talem coruſcationem inflati ſunt in facie, et quidam excecati ſunt oculis. Quintus modus eſt vaporis albi, q egredit̃ de nube ĩflãmatꝰ ſic cꝰ non coadunatꝰ, & ideo diſpergitur in aere. Sed tamen egreditur cum magno impetu, propter nubis profunditatem in qua ẽ. que eſt multum aquoſa, & ideo ſcindit, & ſcindendo extinguitur, ita quod ea quæ ſcīdit videntur alba, & non apparent in eis ſigna combuſtionis. Et quandoq; interficit quando fortis eſt eius impetus atq; impulſio, quandoq; propter ſui diſgregationem percutit aliquẽ in vno loco, ſine offenſa ſocĳ ſui iuxta eum ſedentem, & percutit eum qui ſtat remote. Quandoq; vero reflexus ab vno progreditur pariete ad alium, & pcutit eum, & interdum debilis eſt, & veſtẽ conſumit & extinguitur, ſtatim, ceſſatq; eiꝰ violẽ Quintus.

violentia & non lædit hominem, & talis
Sextus. mihi accidit caſus. Sextus eſt egreſſus eiuſ-
dem vaporis ex nube debilitata, & ille om-
nino nihil nocet, quia ſtatim contactu ae-
ris extinguitur & recedit, ita quod ceſſat ſi-
mul incendium eius, & violentus impul-
ſus. Sed hic adijciendum eſt, quod propri-
um tempus tonitrui, aliud eſt in regionibus
frigidis. ſ. in quinto, ſexto, ſeptimo climatibus
& aliud in calidis, vt in primo ſecundo, ter-
cio ac quarto clinatibus. In regionibus enim
frigidis raro tonat fortiter, niſi ſole exiſten-
te ad tropicum æſtiualem, qui eſt in capite
Cancri, quia tunc calor Solis fortis exiſtẽs
fortiter eleuat vaporem aquæ & terræ, ex
quibus iunctis cauſatur tonitruum. In ali-
is aũt calidis regionibus cauſant tonitrua
in æquinoctiali & hoc eſt ſole exiſtente in
capite Arietis & Libre. Quando enim eſt
Obiectioni reſpondet. in Cancro, tunc potius incendit vaporem
quam eleuat. Nec eſt contrarium hoc quod ſu-
pra diximus, quod ſol in æſtate potius abſcin-
dit, comburẽdo vapores, hoc enim verum
eſt de vaporibus debilibus, ſed cum fortis
eſt calor, tunc non poteſt conſumere vapo-
rem

rem groſſum,ſed eleuat, vt magnus ignis eleuat,ligna accenſa,& facit volare ea per aera. Vnde obſeruauerunt ruſtici vnum ex perimentum, & verũ eſt,quia ſum expertus duobus annis,quando audiuntur tonitrua in hyemalibus ſignis,vt in Capricorno & aquario quod tunc circa initium Veris,& forte per totum annum plus ventus flabit quam in alio anno.Et huius cauſa ẽ quia huiuſmodi tonitrua ſignificant multã materiam ventorum & vaporem eſſe in aere,que non facile abſcinditur, etiam per totum annum. Experimẽ-

CAPITVLVM NONVM DE clarans mirabiles effectus Tonitrui & Coruſcationis,cauſasq; illorum aſſignans.

VIdebatur autem multis philoſophis, quod tonitruum eſſet res diuina,ꝓpter mirabiles ac multiplices effectus ipſius.Præcipui autem dicentes corruſcationẽ eſſe rem diuinam,fuerunt duo magni philoſophi Heſiodiſtæ in cultibus deorum patres,ſcilicet Attalus & Tatina, etiam Seneca,

Opinio quorundam coruſcationẽ ac tonitrua ab quadam ſummi Iouis poteſtate euenire aſſerentium

neca qui dixerunt Iouem eſſe cauſam eius eo, quod diuerſus & mirabilis eſſet eius effectus Propter quod inuenitur aliquando ledere flores vinearum & nucleos auellanarum, cum tamen nuſq̃ cõbuſtionis appareat ſignum. Liqueſcit aurum, & non lædit crumenam ſiue ſaccum in quo eſt aurũ Aliquando liquefacit & comminuit, & pforat gladium multis foraminibus abſq; leſione vaginę. Aliquando exurit calceos & non lędit pedem. Aliquando exurit in toto corpore crines, & non exurit corpus eius. Dico autem crines tã circa inguina q̃ ſub aſellis & cæteris occultis locis, et non crura vel brachia, quæ inguina cooperiunt. Aliquando etiam alterat colorem alicuius hominis ſiue animalis quod percutit, & nihil aliud facit. Aliquando interficit. & tamen nullum vulnus apparet vel combuſtionis vel aduſtionis. Aliqñ apparet ſignum diuiſionis, & precipue in interſectis lignis & a tonitruo percuſſis, quæ in loco diuiſionis albiſſima inueniuntur. Et præ omnibus hoc dignum eſt admiratione (ſicut dicit Seneca) quod aliquando percutit & adurit dolium

De qua re parum infra in præſenti ca.

dolium

dolium,& adhuc ſtat vinum per tempus & non defluit,nec effunditur. Fertur autem a philoſophis quibuſdam, quod animal venenoſum percuſſum,venenū amittit. Cuius ſignum eſt,ꝙ ſerpens percuſſus infra paucos dies vermiculat putrefactus. Quod non facit alter ſerpens aliter interfectus,eo quod venenum prohibet in eo naſci vermes vel ex eo cibari.Quod autē cō- De hac re infra. muniter omnibus fulminatis accidit,eſt ꝙ omne fulmine percuſſum odorem contrahit ſulphureum,& ſemper vertit caput cōtra impetum fulminis.Arbor autem ſiue planta dum percutitur a fulmine,haſtulas diuiſas a fulmine erigit,& alia multa ſunt a philoſophis in effectibus fulminis notata mirabilia. Propter quod dixerunt omnes qui antiquitus theologiſabant quod fulmē dirigeretur a Dījs,& attribuebant regi Deorum quem Iouem appellabant.Sicut ergo enumerata ſunt iſta,ita reddamus cauſas naturales iſtorum,Vt patebit,quia error ē ea attribuere Dījs,Poſtea reddemus cauſam,ſi Iupiter qui eſt vnus planetarum aliquam habeat in tonitruis, & fulminibus

 ▯tutē.

virtutem. Dicimus autem, ſicut patet ex præhabitis, quod in fulmine quandoq; vapor deſcendit ad terram ſeu in terram, & aliquando extinguitur anteq; deſcendat. Ille autem vapor qui non deſcendit, ſed extinguitur, debilis eſt, & non adurit nec aliquod percutit. Ille autem qui deſcendit aliquando ſubtilis eſt, aliquando groſſus eſt,

De vapore duplici.

Subtilis autem fulgur penetratiuus eſt valde, & quia immiſcet aeri, quem alterat ſuo lũine, igne, ſiue calore, & efficit ad huc magis ſubtilis, et ideo ea quę ſunt magis poroſa penetrat, & ideo citius exurit, licet nõ videat veſtigium combuſtionis, ſicut flores vinearum & auellanarum, eo quod lignum iſtud eſt poroſum valde. Inter illa ligna poroſa diſtinguendum eſt, quoniam aliquod habet poros rectos, aliquod obliquos ſiue tortuoſos, ſicut buxus, & cætera ligna quæ ſũt tortuoſa ſiue nodoſa. Lignũ autem non habens poros rectos, non recipit vaporem ſubtilem, ſiue aerem inflammatum in profundum ſui, ideo non aduritur in flore ſuo. Quod autem habet rectos poros,

Diuerſitas lignorum.

poros,dupliciter habet illos. Aut enim habet hos aſcendentes ab imo per longitudinem ſui ligni,ſecundum curſum nutrimenti a radice Aut habet eos de medulla venientes ad ſuperficiem ligni in circuitu,ſicut radij alicuius ſtellæ pinguntur ,venire ab vno centro.Et illud quod habet primo modo poros,non habet eos patulos contra fulgur,ſed ocultos,& ideo de facili non aduritur a fulgure,& præcipue ſi habet corticē duram & ſpiſſam ſicut quercus, pinus & malus. Hoc autem quod habet ſecundo modo poros,habet eos patulos, & adurit a fulmīe incircuitu vndiq; veniēte,& quaſi haurit ſubtilem ignem emiſſum a fulgure,Et precipue ſi habet corticem diuaricatam ſubtilem,quaſi nihil adherentem.Ideo præ omnibus lignis in flore lignum vitis magis aduritur,quia tale habet poros diſpoſitos,& cortex ſuus non bene adheret ei Quot autem ſic diſponuntur pori ſui, probatur,Si vitis viridis incidatur in nodo,tūc enim radij apparent albi pororum, de medula admodum radiorum ſtellæ ad ſuperſitiem venientium,Et ideo ingenioſa natu

Oſtēdit cur alipua ligna facile aduruntur a fulmine. Alia ꝟo difficulter.

Lignum vitis cum in flore eſt,fulmine facile a duritur.

ra dedit viti folia lata, quibus defendat ſe & ſuos fructus. Quod faciunt vindemiatores ſapientes. Condenſant enim folia cũ vitis eſt in flore, et añ flores & botros, et in tempore maturiatis auferunt folia, vt Sol tãgere vuam poſſit, eamq́ maturare. Hęc eadem eſt cauſa, quare diu inſpicienti contra fulgur, facies intumeſcit & quandoq́ excecatur. Cum enim homo ſit poroſę pellis & ſubtilis, haurit ignem in poros, qui corrumpit humidum iuuentum, & faciem reddit inflatam, & in oculos facilius intrat & liquefacit ſiue exiccat liquorem criſtalinum, & oculum excecat. Si autem fuerit ignis magis adherens, non ſpiſſus, ſed ſubtilis & bene comixti ac cõtinui vaporis, iſte penetrat poroſa ſicut coria, quaſi non reſiſtentia, & frangit dura & reſiſtentia, ſicut aurum vel ferrum. Et ſi eſt in eo impetus ictus maior q̃ caloris, comminuit aurum tantum vbi tãgit ipſum, vel fortaſſe in puluerem conterit. Si autem ibi eſt impetus ictus & caloris ſimul, liquefacit aurum & non corium, eo quod propter poroſitatem corij vel ligni non congregatur ignis, nec

Fulgur tumorem faciei efficit & aliqñ excecat.

Fulgur poroſa Penetrat, dura vero frangit.

diu ſtat

diu ſtat retentus in ipſo vapore,ſed transit per ipſum. Nihil enim prohibet q̄ ignis in vapore diſperſo non adurit, qui tamen quandoq; congregatus in duro corpore comprimente ipſum, efficitur fortiſſimæ aduſtionis, Et huius exemplum eſt in calce viua et frigida,in qua eſt ignis diſperſus qui quando ad vnum congregatur locum (ex hoc quod impellitur a quibuſdam partibus calcis,ad quaſdã partes alias p aquã frigidam infuſam calci,)efficitur adurens. Quod autem dicitur quod aliquando aduratcalceos,vel alias veſtes,hominem nõ ledendo,dicendum eſt quia vapor ille eſt debilis combuſtionis,& alterat combuſtibile ſiccum,quod tangit immediate, & nõ poteſt in aliud per modum ſuæ naturæ, nec in aliud quod habet humorem ſanguinis vel alterius,ignẽ extinguentis infuſum Debiliſſimus autem vapor & diuaricatus tantum pilos adurit. Quia pili ſunt fum⁹ in aere exiccatus ſicci,ergo valde ,& facilis incenſionis. Et ideo ille vapor nihil aliud alterare poteſt propter ſuæ flammæ debilitatẽ Vapor autem ſubtilis ictus,magis percutiens q̄

Similitudo.

Fulmẽ q̄ſq; veſtes lædit illeſo corp.

Fulmẽ homĩnem inficit.

ens ꝙ adurens inficit calorem percuſſi, & facit concurrere ſanguinem ſub pelle, & ideo inficit hominem ſic quod habeat pellem inflatam. Et talē nos vidimus. Vapor autem ille ſi ſit ictus fortiſſimi, hominem interficit, eo quod penetrat membra vitalia interiora, & etiam percutit propter ſuam ſubtilitatem et diuaricationē, vulnus tamē non apparet nec aduſtio, eo quod magis ledit ictu quam calore. Si autem vapor ſit groſſus ſibi adherens, facit vulnus, & ſi eſt calidus valde, tunc relinquit aduſtionis ſigna maiora vel minora ſecūdum proportionem ſui caloris, & partium eius adherentium. Et ſi tantum habet ictus impetum, & non eſt valde ſpiſſæ flammæ, ſic alba inueniuntur ligna quæ diuidit, & talis ictus eſt frequens & valde ſæpe videtur. De dolio autem percuſſo quod vinū adhuc ſtat in ipſo, Seneca rationem aſſignat dicens in vino remanere ex fulmine aliquem ſpiritū qui coegit humorem uini & coagulat ipſū quod veriſſimile eſt. Non enim alligari poſſet, niſi ei aliquod eſſet additum vinculum. Hæc autem ſolutio nō eſt conueniens, qa ſpiritu

Fulmen hominem interficit non relicto vulnere.

Aliquod fulmen vulnus facit. Nota.

ſpirituale non continet corporale humidũ, quale humidum vini eſt. Adhuc autẽ non ſuffitiens eſt, quia ſcit bene quod aliquod continet, ſed deberet oſtendi quid eſſet il- lud, & hoc ex verbis Senecæ haberi non poteſt. Sciendum ergo quod proprietas vi- ni fulminati & cuiuſlibet liquoris percuſſi eſt, quod efficitur peſtiferum, & ſi quis bi- berit, moritur aut dementabitur, ſi multũ fuerit vinum vel oleum fulminatum. Ful- men enim vino vel oleo, vel cuicunq; liq̃- ri quem percutit, immiſcet vaporem viſco- ſum, corruptum & ſulphureum, qui cum humore fulminati liquoris continuatur ad modum viſcoſę pellis, & illa pellis ad tem- pus continet liquorem, ne defluat, diu aũt continere non poteſt, huius autem ſignũ eſt, ſi pſillium commiſceatur vino in quan- titate magna, tunc vinum multam viſcoſi- tatem contrahit a pſillio, quod eſt viſcoſum valde, & illa viſcoſitas propter calorem vi- ni expellitur in circuitu, ita quod inſpiſſat. Et cum inſpiſſata fuerit, etiam ſi de dolio vini trahatur ſpina, ad magnum tempus ni- hil exibit. Sicut autem fulmen liquida inſi-

Conditionẽ vini vel alterius liquoris fulmine percuſſi ponit.

Aliqđ fulmen animalia venefica a veneno purgat.

 cit &

cit & peſtifera efficit, ita animalia veneficá emundat, & a veneno purgat, quia ille vapor calore ſuo in eis extinguit naturale humidum, quod erat venenoſum, & poſt ea paulatim expirat ab eis vapor fulminis, & ſic cadauer a veneno liberatur vtroq;, et tunc talia vermiculant corpora. Quod aũt habeant odorem ſulphureum omnia fulminata & fœtida ſunt valde, hoc eſt propter vaporem ſulphureum, qui ex nube ſpargit̃ aquea, quia aqueitas vaporis mixta eſt cum terreſtreitate, calore corrumpente & adurente, & producente vſq; ad ſulphuream vnctuoſitatem, et talis vapor procedit a nubibus aquoſis, habentibus in ſe vapores terræſtres atq; ignitos. Hęc eſt generatio ſulphuris, vt nos oſtendemus, vbi de mineralibus agemus. Et ideo omnia quæ fulminãtur ſulphurea vident̃. Quod autem fulmine percuſſum, contra fulmen vertit caput vel frontem, & haſtulæ arborum diriguntur ad ipſum, hoc eſt ex impetu ictus vehementis, qui conuertit ea quę percutit contra ipſum impetum, pręterea naturale eſt animali, dirigere ſe contra nociuum

Fulmine p̄cuſſa odorẽ ſulphur eum habent.

Fulmine p̄cuſſum caput vel frõtem contra fulmen porrigit.

uum improuiſe proueniens ſuper ipſum. Et ideo in ipſo viſu quo tentat quale ſit nocumentum, per fulmen moritur et videtur animal ad ictum fulminis conuerſum. Super hoc autem augures diuerſa prædicant ac prognoſticantur, de quibus curandum non eſt ad preſens, quoniam in alia ſcientia de his eſt inquiſitio, vtrum aliquid veritatis habeant.

Nota.

Oportet autem inquirere, quid ſit hoc quod in ictu de nube deſcendit, eo quod illud preſuppoſitum eſt in præcedētibus. Aut em̄ eſt vapor tantū, aut aer tm̄ aut vtrūq; eorū, aut neutrū hor̄. Videt̃ aūt quibuſdam neutrum horum eſſe, quia facile cedens non comminuit corpora & dura & fortia. Deſcendens autem de nube, corpora dura & fortia comminuit. Videt̃ ergo quod ſit neq; vapor neq; aer. Amplius autem illud quod facile ab omni corpore impellitur, non videtur quod illud fortiſſime impellat quodlibet aliud corpus, aer autem ſiue vapor ab quolibet corpore facile impellitur, igitur videtur nonq; impellit alia. Probant autem hoc quidam per experimenta, eo quod lapides, ferrum, & quę

Queſtio diſſoluitur q̄d ſit id quod in ictu de nube deſcēdit.

Opinio q̄rundam q̄d idē nec ſit vapor nec aer.

Experimēta.

libet alia mineralia, quãq; de nube deſcẽdunt, quorum generatio non eſt ex ſimplici vapore. Aliquando etiam dicitur cecidiſſe de nube corpus animalis pfecti, ſicut vituli, licet eſſet mortuum corpus. Omnia autem hęc faciunt ad hoc, quod fulmen ſit res diuina, & ictu fulminis Deus vtatur in rebus, in quibus fuerit voluntas eius. Et vt etiam timeant inferiores, dicit enim Pythagoras Iouem tonare, vt timeant iſti qui ſunt in tartaro. Si autem hæc concedantur, pro nihilo op⁹ eſſet naturæ. Quod iã oſtẽdimus, vbi diximus diuerſitatem vaporis qui exit de nube, Et pro nihilo etiam erit illud quod Areſtoteles in li. de anima dicit ꝙ aer cum tonitru & ictu ſcindit ligna, ꝓpter hæc & ſimilia. Dicendũ eſt quod Deus ſublimis regit naturam & per cauſas adminiſtrat naturales, & illas potius hic inquirimus q̃ diuinas, quia nobis ſunt propinquę, & eas de facili poſſumus inueſtigare. Dico autem quod aliquando vapor eſt cũ aere in ictu, aliquando aer ſolus. Nihil em̃ ita maxime percutit ſicut id quod primi ꝑcutientis ictum maxime recipit. Nihil aũt

Opinio q̃ cõmunit̃ defenditur.

ita re

ita recipit ictus percutientium, ſicut aer & vapor, qui habet aliquod de forma aeris ꝓpter raritatem. Et ideo aer & vapor fortiſſime percutiunt. Vapor enim nunq̃ ſine aere eſt percutiens, quia vapori ſemper eſt aer immixtus, aer autem aliquando percutit ſine vapore, quia vapor vſq; ad terrã nõ percutitur, Huius autem ſignum eſt ventus, & terræmotus, qui de talibus ictibus aeris fiunt & vaporum. Quod autem obijcit primo & ſecundo, facile ſoluit̃ q̃a aliud ẽ dicere de vapore & aere in ſe cõſyderatis et aliud de eis cõſideratis cũ impetu & violẽtia. Secund' ſe eñ nihil inferũt violentiæ, percuſſa autem inferunt maximam violẽtiam. Huius autem cauſa eſt, quod nullum aliorum corporũ intus & extra ſubiectũ, efficitur tante violentiæ q̃ aer & vapor, q in profundum percuſſus recipit omnem ictum violentiæ. Et hæc eſt cauſa cur omnia impelluntur ab aere vel vapore. Et nulla violentia poteſt eſſe tam fortis, ſicut aeris vel vaporis, & ideo aer ſcindit cum tonitru, ſicut dicit Areſt. ij de anima. Alia eñ corpora non effitiuntur ſubiectum violentiæ, q̃a

Obiectio.

Obiectiõis ſolutio.

tiæ, quia franguntur ab ictu percutientis corporis, eo quod alia corpora ſpiſſitudine ſuę materiæ reſiſtũt, & violentiã ſui interi⁹ non recipiunt. Quod autem mineralia ca- dunt de nube, hoc contigit propter vapo- rum commixtionem eleuatorum, quorum natura tendit ad naturam Argenti viui lu- tulenti & ſulphuris terreſtris, vnde præci- pue ferrum cadit, quia illud fit ex terreſtri lutulento & viſcoſo. Et quia multum deco quitur ab igne nubis, & ideo cadit in for- ma chalybis optimi, quia eſt ferrum durũ & congelatum & depuratum, quia dum congelatur in nube frigida conglobatur in exteriorib⁹ nubibus per modũ guttarum, diſtillat ab inferiori vapore. Et ideo hæc maſſa eſt ſicut ex granulis milij vel ciceris compoſita. Corpora autem animalium per fectorum raro formantur in nube, licet A uicenna dicat hoc ſemel contigiſſe, ꝙ vitu- li corpus de nube cecidiſſet, & hoc ipſe ma xime virtuti attribuit ſtellarum, in tempo- re illo imprimentium formam vituli. Mine ralia autem quæ cadunt adeo ſunt exicca- ta, quod nec liqueſcunt, nec fabricabilia ſunt, ſʒ

Oſtendit cur mineralia de nube q̃n ꝙ cadant.

Corpus ani malis perfe cti in nube raro forma tur.

Nota.

ſunt ſed cum igniuntur, euaporant in cineres. Et per hæc patet cauſa naturalis omnium prehabitorum.

CAPITVL, DECIMVM. TEMpus Tonitrui & Coruſcationis inſinuans.

Tempus coruſcationis & tonitrui. De vaporibus ex quibus huiusmodi impſſiones fiunt.

TEmpus autem harum impreſſionũ, que ſunt tonitrus & corruſcatio, præcipue fiunt in æſtate poſt magnũ cauma, & tempore magni æſt⁹: Cuius cauſa, quia illæ impreſſiones fiunt de vaporibus ſpiſſis & groſſis, & humidis, ex quibus fiunt nigræ nubes, magnæ ſiue ſiccæ, quia fiunt ex vapore terreſtri inflammato. Vapor autem huiuſmodi nõ eleuatur in ſuperficiæ terræ vbi terra ſubtilis eſt, vel aqua ſubtilis. quæ deſcendit ad terram per pluuiam. Sed vapor ille erigitur ex profundo terræ, vbi aq̃ eſt impura & terreſtris, ſpiſſa & groſſa, & conglutinata. quia ex his propriȩ fit vapor harum impreſſionum, erigere autem de intimis terræ huiuſmodi vaporem calor non poteſt, niſi magnus fuerit valde, & ideo

non fiunt niſi tempore æſtiuo. Adhuc aũt non fit tonitruum niſi ex vapore aduſto, qui in ſua eleuatione incipit inflammari, ſicut ante diximus. Calidum autem adurẽs non eſt, niſi tempore æſtatis. Et ideo vapor tonitrui & corruſcationis non multum eleuatur, niſi tempore æſtatis. Amplius generatio tonitrui & corruſcationis non fit, niſi cum frigore fortiſſimo impellente nubem aquoſam, Et comprimente vaporem. Tale autem frigus non eſt in aere, niſi ſit expulſum vndiq; ad locum vicini aeris, huius autem expulſio non eſt fortis niſi tẽpore caumatis, vt patet per ãtedicta. Generatio igĩt tonitrui & corruſcationis per ſe non eſt, niſi tempore æſtatis. Ex hoc autem ſcitur, ꝙ harum generatio eſt poſt aure ſerenitatem licet in operatione ipſarum ipſum obnubiletur cœlum, quia iſta nõ fiunt niſi in nubibꝰ, ideo neceſſe ẽ vt cœlũ obnubiletur in tempore earum deſcenſus. Et licet aliquãdo non videatur nubes, & tamen fulgura micant, ſicut in æſtate videtur corruſcatio ſereno cœlo, & præcipue in crepuſculo, tamen ibi ſunt nubes vnde micat coruſcatio

Generatio tõnitrui & coruſcatio

& ad

& ad nos venit tãtum ſplendoris alteratio & non tonitrui. Ex prædictis aũt de facili ſcitur duplex locus harum impreſſionum, ſcilicet. Locus ubi generantur ſecundum formas ſuas. Et locus vnde extrahitur & eleuatur materia ſua. Neceſſe eſt em̃ vt generentur in loco altiori q̃ aliæ humidæ impreſſiones, quia ille locus ſuperior eſt frigidior, eo quod ad ipſum frigus depellitur ab calido inferiori. Et huius ſignum eſt, magnum & multum ſpatium, quod eſt inter auditum tonitrui, & viſum corruſcationis, præcipue quando ſunt tonitrua magna, q̃a tunc maius eſt illud ſpatium q̃ cum tonitrua parua ſint. Locus autem vnde extrahitur materia, eſt humidus, groſſus, habens humorem aqueum & terreum conglutinoſum, non de facili ſeparabilẽ, quia hic ab igne adurente comprimitur, & inſpiſſatur in nube. Quid autem virtutis habeat in tonando Iupiter, obmiſſis friuolis augurum verbis inter ſe repugnantibus, dicimus, q̄ ſapientes philoſophi Ioui (qui eſt vnus de ſeptẽ planetis) tonare attribuerũt. Cui⁹ nulla eſt cauſa, niſi q̄ Iupiter in ſua habet pote-

De loco toni. & coru

Quam virtutem in tonando Iupiter habeat do cet.

ſtate eleuare materiam fortium & ſiccorũ vaporum, & præcipue quando fuerit coniunctus in aliqua virtute cum Marte, tempore æſtiuo in ſignis ſeptẽtrionalibus, quia tũc poteſt certiſſime prædici, ꝙ multę ſcintillationes et tonitrua fiant in aere, ita quod periculum hominibus eſt venturum per aeris peſtilentiam, ex nimia coruſcatiõe futura, propter incenſos vapores peſtiferos immixtos aeri, quia Iupiter cum Sole eleuat eos & Mars incendẽdo corrũpit eoſdẽ & ita fit aer venenoſus. Et hæc de tonitruis & Coruſcationibus ſufficiant dicta.

Quid ex multiplici coruſcatiõe ꝓgnoſticand' ſit.

CAPITVLVM VNDECIMVM de cauſis loco & generatione Terræ motus.

De terre motu lege Ariſ. 2. Me trac. 2.

TErræ autem motus cauſam materialem habet, ſcilicet vaporem ſiccum, groſſum, & valde terreſtrem. Cauſam aũt efficientem habet calorem Solis penetrantem in profundum, ſiue in ventrem terræ. Locum autem generationis habet terram oppillatam in ſuperfitię, Redeo igitur & di

Cã effitiens motus terrę

Locus motus terræ.

Opilatio tęrę tribus fit de cauſis.

diſtinguo hæc tria, incipiendo a loco. Locus igit̃ opilatus eſt tribus de cauſis. Aut 1
quia non eſt arenoſus, mari tamen propinquus, ita tamen ꝙ fluxus & refluxus maris ſemper ſint ad terminos loci ipſius, & ſic opilatur locus ab humido maris, & ſic concluditur vapor, ꝙ non poteſt exhalari, qa humidum eſt repletiuum pororum. Aut
opilantur pori pluuijs multis, & continuis 2
replentibus poros. Aut ſi terra eſt ſolida & 3
continuata ſaxo. In his autem locis exiccat̃ vapor a calore Solis ſubtus, & non poteſt exire propter opilatos poros in ſuperfitiæ, & ideo multiplicatur in ventræ terræ. Materia autem terræmotus cum ſit terreſtris vapor, diuiditur per multum & paucum, groſſum & ſubtile, calidum aduſtiuum, & frigidum, temperatum. Ex his ergo duob⁹ ſcilicet, loco & materia concluditur tẽpus egreſſionis, & terræ motus effectus. Tempus igitur terræ motus egreſſionis, frequẽter eſt tempore equinoctij, quia tunc multiplicatur materia ventorum extra & intra terram, & ſic multiplicata ſcinditur terra, & egreditur vapor. Vidimus terræmotum

Matrie terę motus

Tempus terę motus.

tum magnum & longo tempore durantē, vt in Longobardia, qui fuit circa tropicū hyemalem. Et hoc accidit ex eo, quia materia fuit multa in terræ profundo, & pori iſto tempore valde opilati ſunt in terra iſta ita quod non potuerunt euaporare paulatim, et ideo mouit ſe ſæpe, Erat autē vapor calidus valde, & diffuſus per latitudinem ipſius prouinciæ. Et quia erat calidus valde, in die frequenter quieuit, & tunc a Sole ſubtiliabatur, ita quod non poterat mouere terram. Noctu autem frigore noctis inſpiſſabatur, ita ꝙ tunc valuit terram moueuere. Et ideo præcipue medijs noctibus veniebat, & durauit fere per dies quaragința. Tempore autem diurno magis eſt de mane & in meridie ꝙ̄ in alio tempore diei, & magis in nocte fit ꝙ̄ in die, niſi per accidens aliquando eueniat, Quando enim vapor calidus eſt, tunc frequenter nimis ſubtiliatur in die, & inde inſpiſſatus mouet terram in nocte. Si autem ſit frigidus & paucus, tunc ſtat in nocte, & quia paucus eſt primo reſpectu Solis, ſubtiliatur in mane & mouet terram. Si vero eſt frigidus mul

tus

Obiectioni tacite reſpō det.

Quare terræ motus aliqñ in die. et aliqñ in nocte fiat, cauſas aſſignat. Ex diuerſitate cauſarū concludit terræ motū eſſe multiplicē.

tus & ſpiſſus, tunc non ſubtiliatur ad mouendum, niſi ſole confortato ſuper ipſum in meridie. Egreſſus autem eius quando ē paucus & ſubtilis & terræ pori ſunt laxi, tunc exit ſine ſono. & nō producit niſi paruum tremorem. Si autē eſt ſubtilis & paruus, & pori terræ ſunt conſtricti, & tūc inducit cum tremore paruo quendam ſibulum. Si vero multus eſt & ſpiſſus, & pori terræ conſtricti ſunt, tunc aut eſt frigidus non adurens, aut calidus adurens. Itē, aut eſt vapor vnius venti principalis aut duorum oppoſitorum, ſicut Aquilonis & Auſtri, vel Subſolani & fauonij. Item aut eſt in loco vbi ſūt aquæ, vel vbi nō ſunt aquæ Si ē vapor nimis frigidus in loco nō aquoſo multus, & pori terræ conſtricti ſunt, eleuabit terram, ita quod videbitur mons vel collis. Et ſi non proijcitur ad alium locum ex impetu, tunc reſidet iterū, vapore egreſſo in toto vel in parte. Si autem eſt frigid9, & multus in loco opilato, vbi ſunt aquæ, tunc ſi ſūt aquæ in ſuperficie, abſorbet eas vſq; ad tempus, donec reſideat quod eleuatum eſt. Ex hac cauſa accidit, quod pro mi- Effectus mirabiles terræ motus inducit. 1

raculo habitum eſt, in partibus noſtris Ne
caro fluuio circa villam Leyſon, ibi abſor-
ptus fuit Necarus per vnam leucam, per
diem vnum, & non ſentiebatur manatio
aquæ ſuper iſtam leucam, eo quod loco ter
ræmotus abſorbebatur aqua, egrediebatur
poſt illam leucam, & iterum reſidente fun
do manabat vt prius. Et ego eodem tem-
pore ſuperueniens inueni hoc factum ex
terræ motu. Si autem aqua fuerit in ꝓfun-
do terræ & tunc quandoqꝫ terram proij-
cit, & facit eam apparere vt foueam. Si aũt
vapor ſiccus eſt et aduſtiuus, et in loco opi
2 lato & non aquoſo, tunc egrediẽs exufflat
multũ cineres exuſtæ terræ, ita quod qñqꝫ
cooperit ciuitates vicinas, deſtruendo eas
Etiam quandoqꝫ tam ille vapor aduſtiuus
q̃ frigidus præcedens, terram vel cineres
proijciunt in fluuium & cooperiunt, ita ꝙ
videntur abſorbere ipſum, & quandoqꝫ eti
am in obſtruendo fluuios in vna parte, co
gunt aperire in alia. Si autem eſt vapor op
poſitus alteri hoc eſt valde incautum, quo
3 niam tunc facit voragines profundas. Et
quandoqꝫ vnus ventus mouet aquam ve-
nientem

nientem a parte vna & alius venientem a parte alia,& inducunt ex concuſu diluuium particulare. Et precipue quando obſtruuntur fluuiorum oſtia ad fluxũ conſuetum. Exemplum autem de terręmotu ponitur in caſtanea & ouo, quæ ſi ponuntur in ignem non fractis corticibus, vapor qui eſt interius exiccatur a calore exteriori,& incipit ſubtiliari, et volens exire, tũc inueniẽs reſiſtentiam cum impetu magno frangit teſtam, ita quod frequenter proijcit ouum vel caſtaneam de igne. Signa autem terræmotum præcedentia, eſt frigus ex vapore frigido,& ſonus ex motu ſubterraneo. Sequentia ſunt, caligo & tenebrę circa ſolem & ſtellas propter diſpoſitionẽ nubiũ. Et hęc de terre motu ſufficiũt dicta

Terremotũ fieri ex quadam opilatione p ſimilitudinẽ docet.

Signa terrę motus & pcedentia & ſequentia.

CAPITVLVM DVODECImum de generatione & effectibus Venti turbinis.

SEquitur tandem videre de Vento turbinis. Et de illo determinare facile eſt ſecundum prædicta, quia non cauſatur, niſi a ventis ex oppoſito contra ſe venientibus

De turbine que & typho dicitur Arc c.2.tra.3.li.3.mete Effectus turbinis.

bus quorum vterq; eſt æque potens. Effectus autem eius eſt quandoq; eleuatio pulueris, & quandoq; eradicatio arborum ſecũdũ q̄ fortiores vel debiliores ſunt. Qñq; autem vnus eſt debilior alio cum reſiſtentia aliqua, & tũc cedit per totã viã. Qñq; flatus vnius eleuatur ſuper alium, & puluis inuoluitur ſecundum circulum. Fit autem quandoq; per accidens turbo ab vno vento tantum, quando repercutiẽ ad parietem verſus ſuum flatum.

CAPITVLVM TREDECImũ de generatione & colorũ ſignificatione, & apparitione Iridis.

Frœ; onit dicenda. RESTAT nunc videre cauſas generatorum ex vapore, qui coniungitur cũ lumine Solis atq; ſtellarum, ſicut eſt Iris. Et circulus Solis & Lunæ & colores nubium ac nebularũ et vt ſunt cometæ & galaxia. Sciendum itaq; ſecundũ Areſtotelẽ

De Iride lege Areſt 3. Me. c. 3. t. 4

Iris cauſatur ex radio ſolis, redeunte ad vaporem contrarium nubibus, ſicut reſulgẽs radius in aquam & relucens ad parietem.

Oportet

Oportet autem nubem eſſe terſam & quietam, ex quiete enim partes confluunt, cum ſint ſimiles, & ſic exterior ſuperficies plana ſit & leuis ad recipiendum radiorum impꝛeſſionem. Et ſic radius relucet ad vaporẽ oppoſitũ ſicut ſpeculũ lumĩoſũ relucet ad ſpeculum ſibi ſimile contra faciem poſitum. Cuius ſignum ponit Are. in li. Meteororũ dicens. Quod viſus fuit debilitatus cuiuſdam viri, & dum iret, vidit lumen ante ſe, quod coram facie ſua erat quando ambulabat, quia humore multum groſſo & turbido ex pupilla oculorũ, defluẽte, imago eius cófuſa, et ꝑcipue oculorũ imprimebatᷓ in humore iſto tanq̃ in ſpeculo quodam, ita quod putabat animal ſimile ſibi coram facie ſua ambulare. Et licet ſol, cuius imago eſt Iris, ſit rotundus, tum exquo Sol lõge altior eſt nubibus, ſuperiorem partem tangens nubis, imprimit ei formam arcualem. Vnde quanto Sol eſt ortui propinquior vel occaſui, tanto in oppoſita parte apparet arcus maior. Colores autem Iridis cauſantur ex eo, quod nubes irradiata a Sole, partes habet quaſdam altiores, quaſdam di

O ſtẽdit quo pacto is cauſetur.

Cur iris ſit arcualis figure.

De coloribus iridis.

miſſiores, vt Solem tranſmutet, & quaſdã groſſiores ac alias ſubtiliores, ꝙ vt Solem excludant. Hęc inæqualitas alternatim lucem vmbramqꝫ permiſcet. Et illam mirabilem ſpetiem arcus repreſentat. Sunt autem colores ſecundum Are. tres vel quatuor ſ. vinoſus rubeus extrinſecus ſuper gibboſitatem arcus, poſt quem ſequitur viridis, deinde albus, & ſub illo citrinus ad modũ ſpeculi diſpoſitus. Et non poſſunt pictores facere colorem talem ſimilem Iridi. Et præcipue compoſitum medium, inter intrinſecum & extrinſecum. Quidam tamẽ dicũt Iridem quatuor habere colores principales ex quatuor elementis. Ex quibus etiam dicunt nubem eſſe compoſitam. Ab igne rubeum, ab aere purpureum, ab aqua glaucum, a terra viridem, propter arbores et herbas. Arcus iſte in diuerſis temporibus diuerſa ſignificat. In meridie enim arcus magnam vim aquarum in aere eſſe ſignificat quæ in meridie dominari poſſit. Si vero circa occaſum fulſerit rorabit & leuiter pluet. Si ab oriẽte ſurrexerit, ſerenitatẽ promittit. De arcu Areſtoteles ait, quod poſt autumnale

Quot colores habeat Iris.

Iris in diuerſis temporibus diuerſa repreſentat

3. Me. ca. 5 verſus finẽ. vt ſupra.

nale

nale equinoctium, ſcilicet Libræ ſignum, in qualibet hora diei poſſe fieri arcum Iridis, in æſtate vero non niſi incipiente die, vel iam inclinante. Cuius rei cauſam reddit iſtam. In æſtate circa meridiem ſol eſt calidiſſimus, & nubes exurit, ita quod ſuã imaginem in eis imprimere non poteſt ſed in tempore matutino, aut vergens ad occaſũ, quia minus calet, et a nubibus ſuſtinere poteſt, ſuam in eis imaginem imprimere põt Item cum ſol non valeat facere circulos niſi oppoſitis his nubibus in quibus facit eũ. Cum dies in Autumno ſunt breuiores, tũc ſemper nubes ſunt ſibi oblique oppoſitæ. Et ideo qualibet pte diei, etiã cũ ſol eſt altiſſimus nubibus poteſt ſuam imprimere figuram. Temporibus vero æſtiuis ſuper verticem noſtrum ſuperfertur, & tunc media die nubes directe reſpicit, nec poteſt eis ſuam imprimere imaginem. De Iride dicit Iſidorus in libro Etymologiarum, quod arcus cœleſtis dictus eſt a ſimilitndine arcus curuati. Iris proprium nomen habet Et dicitur Iris, quaſi aeris arcus, quia per aerem ad terram deſcendit. Hic autem a

De iride q̃d Iſidorus ſentiat enidit.

Sole reſplendet dũ cõcauę nubes exad-uerſo Solis radium recipiunt, & arcus ſpe-ciem fingunt, cui varios colores dat res illa quia aqua tenuis & aer lucidus, & nubes caligantes irradiatę, varios iſtos dant colo-res.

CAPITVLVM DECIMVM quartum, de generatione et ſigni ficatione Halonis.

De Halone, lege Arę.3 Mete.ca.1. &.2 .tra.4: Declarat vñ Halo cauſet

Circulus autẽ qui quandoq; videtur in circuitu Solis ſiue corona, cauſatur ex vapore humido aſcendente & multipli cato in aere, ſuper quem cum ſol illumina-tur, relucet ſplendor eius in aere vltra illum vaporem, aut in illo. Deinde autem refle-ctitur lumen illud ab aere reſidens ſuper ipſum vaporem aſcendentem, & ſic videt̃ circulus in circuitu Solis ſiue corona. Et li-cet ille circulus videatur Solem tangere, nõ tamen longe a terra videtur iſta effigies, ſed viſus imbecillitate deceptus, putat ipſũ eſſe circa ſolem. Et ſimiliter accidit circa Lunam aliasq; ſtellas lumen habentes. Hi circuli etiam de nocte circa Lunã & ſtel-las frequentius apparent, circa Solem rari-us

Halo nõ lõ ge videtur eſſe a terra.

Halo nõ ſo lum circa ſo lem apparet

us, propter fortitudinem caloris vaporem reſoluentis. Circuli iſti ſi delapſi æqualiter in ſemetipſis euanuerunt, ſignant aeris tranquilitatem. Si autem in vna parte quaſi corrupti ceſſauerunt, ventum ab illa parte flare ſignificant. Si ꝟo locis rapti fuerint pluribus, nautæ vt tunc in mari tempeſtatem expectant. Videtur etiam quandoq; color ſolis ſicut prunæ accenſæ aut vehementis rubedinis, quod contingit ex multo fumo vel vapore aſcendente in ipſum, ſicut contingit ex fumo aſcendente de lignis viridibus coniuncto cum lumine ignis.

Quid futuri halo ſignificet aperte docet.

Vnde ſit rubedo ſolis oſtendit.

CAPITV. DECIMVM QVINtum de nubium coloribus.

COlores vero nubium ſiue nebularũ cauſantur ex coadunatione luminis cum ipſis, ſecũdum quod magis & minus ipſæ nubes ſunt diaphanæ. Vñ dicit Auerrois. Neceſſe eſt quod color ſit ex adiunctione corporis lucidi cum diaphane. Color igitur albus cauſatur in nube, ex adiunctione luminis clari cum ea, ſi fuerit ipſa nubes multæ diaphaneitatis. Color vero ni-

De coloribus nubium

color nubis albus.

color niger

ger cauſatur in nube ex coadunatione lu‐minis cum ea, ſi fuerit minime diaphanei‐tatis. Medij autem colores inter album et nigrum diuerſificantur, ſecundum diuerſi‐tatem iſtorum duorum, ſcilicet, lucidi, & di aphani ſecũdum magis & minus. Et ideo dicit Auerrois. Color albus & niger ſunt elementa colorum. Rubedo vero ſerotina in nube, cauſatur ex ſpiſſitudine ipſius nu‐bis, propter Solis aduſtionẽ caloris, Et ob hoc eſt minus diaphana, cui ſic lumen co iungitur Solis, & in ea rubeum efficit co‐lorem. Vnde etiam ſignum eſt future ſere nitatis. Matudina vero rubedo in nube cau ſatur ex ſpiſſitudine eius, propter vapores humidos aqueos aſcendentes, quibus dum coniungitur lumen ſolis efficit colorẽ ru‐beum, ſiue vinoſum, Sicut contingit in fu‐mo reſoluto de viridibus lignis coniuncto cum lumine ignis, vnde ſignum eſt futu‐ræ pluuiæ.

De Medij

Rubedo ſe rotiua.

Rubedo ma tutina.

CAPITVLVM DECIMVM ſextum de generatione Ga‐laxiæ.

De ga

DE Galaxia autem dicit Areſtoteles q̄ ſit ignis purus propinquus orbi ſtellato, inflammatus & lucidus, et loco ga laxiæ ſunt paruæ ſtellæ multum ſpiſſæ & magnæ et propinquæ & luminoſe. Ex cō iunctione igitur luminis ſtellarum ſibijnui cem conuenientium, ſuſcipiētium etiā ſplē dorem a Sole. Inſuper adiuncto lumine ignis puri & inflammati, videtur lumē ob longum, quod philoſophi Galaxiam dixe runt. Et quia ſtellæ prædictæ ſunt cœlo in fixe, propter hoc videtur Galaxia in vno lo co orbis, non recedens ab eo.

Lege Are. 1. Me. c. 5. et 6. tra. 2.

CAPITVLVM DECIMVMSEptimum & vltimum de generatione Cometæ,

Lege Are. 1. Met. ca. 5. tracta. 2.

COmetæ ſunt ſtellæ habentes comas quod fit propter aerem inflammatū, contentum a ſtellis ſiue a planetis, ſcilicet, Ioue, Saturno, Marte, Sole, ac Venere. Iſti enim propter velocitatem motuum igniūt aerem, & ſic propter aerem inflammatum contentum a ſtellis prædictis coniūcto lu mine ipſorū cū eo, vidētur ſtellæ, Dico co

Dico ego quod Cometa nihil aliud ē, quā vapor terre⁹, groſſus, cuius partes ſibi multum coniacent, paulatim aſcendens ab inferiori parte æſtus vſqȝ ad ſuperiorem eiuſdem, vbi concauitatem ignis attingit. & ibi diffuſus & inflammatus. Et ideo videtur longus frequenter & diffuſus. Dico ergo vapor terreus. vt habeatur cometæ materia. Dico groſſus, quia ſi eſſet ſubtilis, neceſſario euaporaretur & diſpergeretur. Dico, cuius partes coniacent, quia eſt bene commixtus & viſcoſus, hic aſcendit vſqȝ ad regionem quæ dicitur æſtus. Et quia multā conſtantiam in partibus ſuis habet. Primo per ignis calorem diffunditur, & poſt ea inflammātur, & in medio ſemper remanet ſpiſſus, vbi nutritus de theſauro ſuo, qui ē ſub eo, Et ideo eſt in flamma alba valde et ſpiſſa. Illud autem quod diſtat ab imo diffuſum ad latera, tenue eſt, & habet flammā tenuem admodū nubis valde albe, & hęc vocatur Coma. Durat autem per totum tēpus, quo ſic euaporat ad ipſum ſuus theſaurus. Ego autem cū multis alijs Anno incarnationis domini Mil eſimo ducenteſi

mo

mo quadrageſimo in Saxonia vidi Cometam, quaſi iuxta polum ſeptemtrionalem, & proiecit radios inter meridiem & orientem, magis tamen ad orientem. Et conſtat ꝙ ibi non fuit via alicuius planetæ. Et hęc de generatis ex vapore, quando coniungitur cum lumine Solis atq; ſtellarum, ſufficiunt dicta.

TRACTATVS QVINTVS ET Vltimus ſummæ Naturalium Alberti Magni libris de anima reſpondens, tredecim continet capitula. Quorũ primũ quid anima ſit, declarat.

HIc ſecundũ ordinẽ tractatus, poſtꝗ̃ dictũ ẽ de elemẽtatis ĩanimatis, dicẽdũ ẽ de elementatis animatis. Sed quia elementatatorũ animatorum principium eſt anima, cognitis autem principijs facilius cognoſcuntur principiata. Ideo tractare de Anima proponimus. Primo ponentes aliquas diffinitiones ipſius animæ, Secundo diuiſio

diuiſiones potentiarum ipſius animæ ſub-nectentes. Nota ergo, quod anima diffinitur quandoq; prout eſt ſpiritus, quandoq; prout eſt motor & rector corporis, quandoq; vero prout eſt actus & perfectio corporis. Anima prout eſt ſpiritus, ſic diffinitur a quodam ſapiente in libro de motu cordis. Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, illuminationum quæ ſunt a principio, vltima rouelatiõe perceptiua. In diffinitione Subſtantia, ponitur pro genere· Incorporea, ponitur ad differẽtiam corporum. Intellectualis, ponitur ad differẽtiã animæ vegetabilis & ſenſibilis. Illuminationum quæ ſunt a prĩcipio, ponitur ad differentiam illuminationum quę ſunt a creaturis. Vltima reuelatione perceptiua, ponitur ad differentiam Augelorum qui prima reuelatione recipiunt illuminationes a principio, id eſt, a Deo. Ad quod intelligẽdum nota, ꝙ ſicut in iſto Sole materiali, teſtante Auguſtino in lib. Soliloquiorum aduertimus tria, ſ. ꝙ eſt, ꝙ lucet, ꝙ illuminat, ſic in Deo, hoc eſt conſyderamus. ſ. ꝙ ẽ ꝙ intelligit, quod cætera intelligere ſua il-

Anima in-quantũ ſpiritus ſic diffinitur.

lumi

lumination e facit, quam illuminationẽ angelus prima reuelatione, anima vero vltima reuelatione percipit, ſicut patere poteſt per ſimile. Ignis & aer a quinta eſſentia lumen percipiunt, ſed differenter. Ignis enim lumen recipit, vt connaturale ſibi, & coæquatum, ſiue coæuum, & quo ad eſſe ſuũ. Aer vero recipit, non vt connaturale, nec coæuum ſibi, nec quo ad eſſe ſuum, ſed q̃ ad bene eſſe ſuum. Eodem modo angelus illuminationem a Deo ſtatim a ſua creatione percipit, & hoc non intelligitur de illuminatione gratiæ vel gloriæ, ſed de illuminatiõe connaturali. Anima vero & ſi in ſui creatione illuminationẽ ſuſcipit, non tamẽ percipit, quia non comprehendit videndo. Similiter catulus ante nouem dies aliquod lumen ſuſcipit in pupilla, ſecundum quod eſt aptus natus videre tempore determinato, non tamen lumen percipit ante nonum diem, eo quod non comprehendit videndo. Sic igitur poteſt intelligi, quod anima illuminationum q̃ ſunt a principio, vltima reuelatione ſit perceptiua, Angelus vero pri

ma,

Animæ diffinitio in quantũ mouet corpus.

ma. Item anima prout eſt mouẽs & regẽs corpus, vt motor mobilis, & nauta nauis, ſic a remigio diffinitur. Anima eſt ſubſtantia incorporea, regens corpus. Circa quam diffinitionem. Primo notandum, ꝙ incorporeum dicitur duobus modis. Vno modo, quod non eſt extenſione ſiue dimenſione protenſum, nec loco circumſcriptum, q̃uis ſit circumſcriptum virtute, & ſit in loco diffinitiue, & hoc modo anima eſt incorporea. Alio modo eſt aliquid incorporeũ, quod nec eſt dimenſione vel extenſione protenſum, nec loco nec virtute circumſcriptum vel diffinitum, & ſic (ut dicit Augu. ſolus Deus incorporeus eſt, quia omnino incircumſcriptus eſt. Primo ergo mõ anima eſt incorporea, non ſecundo. Item nota, ꝙ licet Angelus cum aſſumit corpus, vniatur ei vt motor, non tamen vt rector. Habet enim ſe ad corpus quod aſſumit angelus, vt motor voluntarius. Vnde etiam, cum vult, deponit illud. Spiritus vero humanus habet ſe ad corpus cui vnitus ẽ, vt motor naturalis, & quadam neceſſitate naturalis inclinationis alligatus. Et propter hoc ſe

hoc ſe habet, vt rex & rector, quadam neceſ ſitate amoris & gubernationis ipſius regimini alligatus, & ob hoc prædicta diffinitio ſoli animæ conuenit, non angelo. Item Anima prout eſt actus et pfectio corporis ſic diffinit̄ ab Areſ.li.de ani. Anima ē act² corporis phiſici, organici, potētia vitāi habētis. Hæc diffinitio eſt communis animę vegetabili ſenſibili et rationali, inquātū anima rationalis ē corpori vnibilis.. Ad explanationem igitur iſtius diffinitionis Sciendum eſt, quod actus dicitur ibi perfectio. Perfectio autem eſt duplex, ſcilicet perfectio ſecundum habitum, ſicut dicimus puerum perfectum rationabilitate, & perfectio ſecundum vſum, ſicut dicimus virum perfectum rationabilitate, quia poteſt ratione vti, & perfectio ſecundum habitū, eſt actus primus, perfectio ſecundū vſum, eſt actus ſecundus. Cum ergo Anima ſit perfectio & forma et actus corporis, ē actus primus non ſecundus. De hac duplici perfectione dicit Are. ſecūdo de anima. Hoc quoq; eſt ſicut ſcientia, illud autem ſicut conſyderare Corporis phyſici, id eſt naturalis, ponitur Diffinitio animæ.

ad

ad differentiam corporis artificialis, vt ſta-
tua domus & huiuſmodi. quorum perfe-
ctio non eſt anima. Organici, ponitur ad
differentiam ſeminis vel partus nondum
formati, qui & ſi ſit corpus phyſicum po-
tentia vitam habens, nõ tamen eſt corpus
organicũ, quod in partibus diuiſibilibus di
uiſibiles vel diuiſas ſeu diſtĩctas habet ope
rationes, vt ſunt corpora animalium & plã
Com. 6. tarum. Vnde Areſtoteles in ſecundo de a-
nima. Organa autem & plantarum partes
ſunt, vt folium corticis eſt cooperimentũ,
cortex autem fructus, id eſt illius quod co
meſtibile eſt, radices vero ori ſimiles ſunt,
vtrunque enim trahit alimẽta. Et nota diffe-
Organum. rentiam inter organum & inſtrumentum.
Organum enim eſt, quod habet motorem
ſibi iunctum intus, vt oculus, manus, pes,
& huiuſmodi Oculus enim habet motorẽ
intra virtutem viſiuam, manus virtutẽ ope
Inſtrumẽtum ratiuam, pes vero virtutem progreſſiuam,
& ſic de aliјs. Inſtrumentum vero eſt illud
quod habet motorem coniunctum extra
vt gladius, baculus, ſecuris, & huiuſmodi.

Potentia vitam habentis, po-

tentia

tentia ſcilicet naturali, quod dicitur ad differentiam cadaueris, quod quamuis ſit corpus phyſicum et organicum, non tamẽ habet potẽtiam, ſcilicet, naturalem vel propinquam. Ad vitam propinquam dico, quia materia cadaueris per multas reſolutiones eſt potentia vitam habens, ſed non propinquam, nec iam erit illud corpus. Vel potẽtiã vitam habentis, ponitur, vt oſtendatur quomodo corpus ſe habet ad vitam, quia ſ. in potentia, vel vt principium paſſiuum ſiue receptiuum. Anima autem vt principium actiuum vitæ.

CAPITVLVM SECVNDVM explicat aliqua ad ſubſequentia neceſſaria.

SIcut dicit Damaſcenus, impoſſibile eſt ſubſtantiam eſſe expertem aliqua operatione naturali. Inter ſubſtantiam autem & operationem media eſt potentia, p quã ſubſtantia operatur. Et ad hoc concordat, quod dicit Dionyſius in cœleſti Hierarchia. xij. capitulo, vbi dicit, quod omnis intellectus præter intellectum diuinum, in tria diuiditur, ſcilicet, in ſubſtantiam, virtutem

tem

tem & operationem. Propter hoc inter ſub ſtantiam & animæ operationes, mediæ ſũt potentiæ, de quibus dicere propoſitum eſt ſecundum traditionem doctorum philoſo-

Opinio. 1 phorum & theologorum, vt non dicamus inuenire, ſed potius inuenta recitare. Scien dum autem, ꝙ in primis multorũ opinio fuit & adhuc eſt Potẽtias animæ idẽ eſſe cum ipſa anima, nec differunt, niſi in quadam relatione ad actum. Vnde potentia ra tionalis ſecundũ eos, eſt anime relatio ad actum rationandi. Potentia iraſcibilis eſt relatio ad actum iraſcendi. Et ſi obijcitur.

Obiectio. ergo erit ſecundum hoc relatio vnius po tentiæ ad diuerſos actus, vel quod etiã vna prædicabitur de alia, ad minus ſecundum

Solutio. accidens. Reſpondetur, quod non ſequitur qa potẽtia in rectitudine nõ dicit ipſam eſſentiã, ſed in obliquitate dicit relationẽ eũ ad actum talem vel talem. Et quia hec relatio non eſt vna, propter hoc non eſt vna potentia, nec vna prædicabitur de altera ſignatnr enim potentia in abſtractione. Vnde dicit relationẽ animæ ad actum, nõ ipſam animam relatam ad actũ. Iſti ſic opinan

nantes habent multum pro ſe, illud ſcilicet, quod dicit beatus Auguſtinus in libro de Spiritu & Anima, dr̃a ꝙ anima eſt domus ſuæ potentiæ. Sed alij dicũt, ꝙ beatus Auguſtinus hunc non compoſuit librum. Et cauſa eſt, quoniam in libro retractationum vbi enumerat libros ſuos omnes, et nihil dicit de illo ibi, ſed tamen habent plura contra ſe. Sed aliorum opinio eſt dicentium, quod animæ potentia non ſit idem cum anima, ſed ſunt plures potentiæ ſecundum eſſentiam differentes, licet non ſecundum ſubſtantiam, talis opinio eſt verior, atq; etiam ſolennior videtur. Nam ſicut in anima differũt quod eſt, & quo eſt, ita quod poteſt, & quo poteſt. Et licet idem ſint in ſubiecto & in ſubſtantia, tamen in eſſentia differunt. Eſſentia autẽ eſt illud quo res eſt, vel non eſt, id eſt, quo res eſt rationalis, aut concupiſcibilis, aut irraſcibilis, & hoc verũ ſi habet potentiam rationalem, concupiſcibilem aut iraſcibilem. Ex quo igitur differunt iſta, non habent eandem rationem ſiue eſſentiam. Subiectum autem eſt, quod ſubeſt iſtis proprietatibus a quibus eſt inſepa-

Opinio. 2

Eſſentia.

Subiectum.
Subſtantia.

ſeparabile. Subſtantia autem eſt, inquantū actus inſunt ei, ſine quibus non poteſt eſſe Vnde & propter hoc dicunt, quod potentiæ animæ in ſubiecto conueniant, ſed differunt (vt viſum eſt) in eſſentia.

CAPITVLVM TERTIVM DE diuiſione Potentiarum animæ.

De potētijs animæ. Com. 27.

NVnc ad diuiſionem potentiarum accedamus. Sciendum, ꝙ Ariſtoteles diuidens potētias animæ, ponit quinq; earundem differentias in ſecundo de anima quæ ſunt Vegetatiua. Senſitiua, Appetitiua, ſecundum locum motiua, ac intellectiua. Sed Auicenna in ſexto libro naturaliū, ponit ſolum tres animas. Vegetabilem, Sēſibilem, & Rationalem. Sub ſenſibili comprehendit appetitiuam & ſecundum locū motiuam. Vocatur autem hic motus ſecūdum locum, motus progreſſiuus in toto corpore, & non ille qui eſt motus dilatabilis in partibus ſecundum augmētum, quia talis motus eſt etiam in plantis, Quare aūt Areſtoteles diuiſit ſenſitiuum contra alias ſpecies, vcz appetitiuū & ſecundū lo um

tiuum, cum iſtæ tres potentiæ ſint animæ ſenſibilis. Ratio huius fuit, quia ſenſibile in quantum eſt de ratione nominis & vi vocis dicit potentiam aprehenſiuam, & iſta ē paſſiua. Et propter hoc ponit ex oppoſito appetitiuum & motiuum ſecundum locū, que ſunt potentiæ actiuæ & motiuæ. Auicenna autem diuidit ſecundum tres differentias animæ, quæ ſunt vegetabilis, ſenſibilis & rationabilis, quæ cum ſint in eodē ſubiecto, vt in homine, dici non debēt tres animæ, ſed prout ſūt in diuerſis (puta in homine, planta & bruto) dici tres animæ poſſunt. De hoc dicetur inferius. Damaſcenus primo facit bimembrē diuiſionem, ſcilicet in rationalem et irrationalē, Et rationalem diuidit in duo, ſcilicet, in inobediens ſiue imperſuaſibile rationi, & in obediens ſiue perſuaſibile rationi. Et vocatur rationi inobediens, quod eſt plantatiuæ ſiue virtutis naturalis. Plantatiuam autem ſiue naturalem vocat vegetabilem. Comprehendit autem ſub inobediente ſiue imperſuaſibili zoticā ſine pulſualē, quæ a medicis vocatᷓ ſpiritualis. Vn̄ inobediens ſiue impſuaſibile

plus comprehendit ꝙ vegetabilis ſiue vir-
tus naturalis. Are. autem non facit menti-
onẽ de pulſuali in libro de anima, quia for-
ſitan nimium deſcenderet ad ſpecialia. Da-
maſcenus vero, vt theologus & medicus
de omnibus agit, & ideo ponit hoc mem-
brum. Notanda eſt quædam diſtinctio
inter virtutem zoticam & zodiacam. Nõ
Zodiaca virtus. enim idẽ eſt zotica & zodiaca virtus. Zo
diaca virtus enim idẽ eſt quod virtus ani-
malis, Vnde circulus qui eſt in medio cœ
li duodecim ſigna comprehendens, zodia
Zotica. cus eſt, quia illa ſigna figurãt animalia, Zo
tica autem non eſt idem quod animalis vir
tus, ſed diſtinguiť cõtra ipſã, vt habeť in ter
tio li. Pantegni. ca. primo. vbi diciť. Quod
virtutum hæ quoq; ſunt animales, hæ na-
turales, & hæ zoticæ. Et hæc eadem diui-
ſio fit in medicina in li. Ioannicij Iſagogarũ
Vbi dicitur. Quod uirtutis trina eſt diui-
ſio. Spiritualis, naturalis, ac animalis. Spiri-
tualis idem eſt quod zotica, ſiue pulſualis.
Quod patet, quia offitium ſpiritualis virtu
tis eſt dilatare cor & arterias, & iterum re-
Pulſus. ſtringere, & hoc eſt virtutis pulſualis, quia
pul-

pulſus (vt dicit Philaretus) eſt motio cordis & arteriarum, quæ ſecundum Siſtolen & Diaſtolen fit. ad refrigerationem caloris naturalis ſiue innati, & egeſtionem fumoſitatum ſuperfluarum. Colligitur ex prædictis, quinq; differentias potentiarum eſſe ſecundum Are. Tres vero ſecundū Auicēnam. Damaſcenus medicus & theologus non concordat in litera ſua, ſed in ſententia omnes concordant,

CAPITVLVM QVARTVM CVIuſdam dubij motiuum & ſolutiuū.

DIcendum ergo de potentijs animæ vegetabilis. Sed primo de quodam, quod ſupra dictum eſt, ſcilicet, ꝙ in homine nō ſint tres diſtinctæ animæ, aliqui em̄ dubitauerūt de hoc, & aliter ſenſerunt. Volebant autem probare ꝙ eſſent differentes animæ, & tres, ſecundum ſubſtantiam hoc modo. dicit enim Damaſcenus. Quorum ſubſtantiæ vel nature ſunt differentes, etiā habent differentes operationes. Et quorū ſubſtantia eſt eadem, operationes habent eaſdem, ergo quorum operationes non ſūt

Opinio quorundā in homine eſſe 3 animas.

Probatio. 1

eedem, nec ſubſtantia eſt eadem. Sed in homine vegetabilitas, ſenſibilitas, & rationabilitas non ſunt eędem operationes, ergo non ſunt eędem in ſubſtantia. Ad idem

Probatio. 2. Vnius cauſæ immediate vnus eſt effectus & plurium plures. Sed & propria per ſe accidentia ſunt effectus ipſius ſubſtantiæ, ergo animæ vegetabilis ſenſibilis. Rationalis diuerſa ſunt, propria et per ſe accidentia innata. Neceſſe ē igr̄ ponere animā partibilem vel compoſitam ex diuerſis partibus, vel eſſe ſubſtantias diuerſas. Item, Virtus non eſt ſine eo, cuius eſt virtus. Sed virtus animæ vegetabilis eſt in embryone, vt dicit Areſto. in de animalibus. Quod embriio prius viuit vita plante, & membra formantur ſecundum virtutem vegetabilem, quæ conſiſtit in embryone, ergo neceſſe eſt

Probatio. 3. ibi eſſe animam vegetabilem. Et ſi dicatur ꝙ falſū ſit illud, ꝙ v̄tꝰ non ſit ſine eo cuiꝰ ē v̄tus. Quia ſicut phyloſophꝰ vult, ꝙ ignis virtus eſt in acre, non tamen ibi operatur actualiter, nihilominus tamen poteſt haberi propoſitum per eundem philoſophum

qui

qui dicit,, ꝙ licet virtus ignis ſit ibi,non tñ operatur,niſi excitetur ab igne. Ergo cum virtus vegetabilis operatur in embryone, neceſſe eſt quod hoc faciat excitata ab eo, cuius eſt virtus iſta. Et ſic neceſſe eſt animam vegetabilem ibi eſſe actu,ſed nondū ibi eſt anima rationalis,ſcilicet,in embryone,ergo non eſt eadem ſecundum ſubſtantiam. Ad idem. Quæcunq; idē ſunt in ſubſtantia,ſi vnum eſt ſeparabile,& reliquum, ſed anima rationalis eſt ſeparabilis, anima vegetabilis & ſenſibilis inſeparabiles, ergo non ſunt ſecundum ſubſtantiam eadē. Sed contra,quicquid poteſt inferior, poteſt & ſuperior,ſed anima rationalis eſt virtus ſuperior,ergo quicquid illæ duæ animæ poſſunt,& iſta poteſt,vel in ſe vel ſuis potentijs. Cum igitur natura nihil facit fruſtra,et anima rationalis ſit ſufficiens ad operationes illarum,ergo non erit in homine niſi vna anima,ſcilicet,rationalis,quæ habet in ſe virtutem vegetandi, ſentiendi. Item ad hoc facit,quia dicit Commentator ſuper tertio de anima libro,Platonem reprehendēs ponentem tres animas,& cōmendat Areſtote

Probatio.4.

Reprobatio dictæ opinionis & alterius poſitio.

ſtotelem ponentem vnam animam. Item Auguſtinus in li. de ſpiritu et anima, quod vna & eadem anima videt in oculo & audit in aure, imaginatur, ratiocinatur et intelligit. Item dicitur in libro de cauſis, quod operationes priorum permanent in poſterioribus. Vnde patet, quod anima ſuperiorum corporum, a prima cauſa habet regere naturam inferiorem, ab intelligentia habet ſcire & intelligere, & a ſeipſa mouere corpora ſuperiora ad reſtaurationem deperditorum in mundo. Cum igitur vegetabilis & ſenſibilis ſint virtutes inferiores animę rationalis, & ita remanebunt poſteriores operationes earum in anima rationali, ergo ſecundum hoc, erit vna anima rationalis in homine, ex quo per ſe ſuffitiens eſt ad operationes aliarum, quod cōcedimus. Tamē huic vltimę rationi non eſt multum inſiſtēdum, quia non conſonat bene theologiæ, nec fidei. Ad illud quod obijciebat̄ Quarū rerum operationes ſunt diuerſæ, ipſæ res ſunt diuerſæ. &c. Reſpondetur, quod hoc ſic intelligitur, quando operationes illæ ſūt diuerſæ, ita quod vna non ordinatur in aliā

Soluunt̄ rationes primæ operationis Ad primam

ſed in

ſed in anima vegetabili operatio habet ordinem ad ſenſibilem. Et ſenſibilis opatio ad rationalem, imo operationes vegetabilis & ſenſibilis viliores ſunt ad illam, Vnde poteſt dici, quod vegetatio non ſolum eſt animæ vegetabilis, ſed etiam ſuperioris, immo anima rationalis vegetat corpus. licet non inquantum rationalis. Vel poteſt dici, q̄ hæc propoſita ratio non habet locum verum tamen eſſet. cum operatio immediate a ſubſtantia exiret, non mediante potentia. Sed hoc non eſt in aliqua creaturarũ poſſibile, igitur non valet ratio. Ad ſecundum dicitur. Verum eſt, q̄ vnius cauſæ vnus ē principalis effectus, ſed non eſt idem effectus & operatio. Effectus enim vnius eſſe aliquando relinquitur ex diuerſis operationibus & vnius cauſæ poſſunt eſſe operationes plures, ignis enim & lutum conſtringit, ac cæram reſoluit. Ad tertium dicendũ, quod virtus vegetabilis eſt in embryone, non tamen ibi eſt anima vegetabilis, nec ſenſibilis, nec rationalis. Et ſi opponatur, igitur accidens eſt ſine ſubiecto. conſequentia non valet, quia virtus vegetabilis eſt accidens,

Ad ſecundũ.

Ad tertium.

Obiectio.

cidens, & non eſt ſemper accidens eius, cu
ius eſt virtus. Et ideo dico, quod eſt acci-
dens embrionis, & eſt in illo, vt in ſubiecto
accidens, non tamen eſt virtus embryonis
ſicut patet de loco, quia locus, alterius eſt
locus, & alterius eſt accidens. Eſt enim ac-
cidens locantis, vnde in locante eſt ſicut in
ſubiecto, non tamen eſt quantitas locantis
ſed eſt quantitas vel locus menſurans loca
Obiectionis ſolutio. tum. Ad illud quod obijcitur, quod talis
virtus non operatur niſi excitata, quod cō
cedimus. Vnde dicimus, quod ipſa excita-
tur ab anima vegetabili ſiue potentia, quæ
eſt in matrice recipiente ſemen, vnde ſta-
tim colligatur matrici, vnde oportet corrū-
pi hoc vinculum anteq̃ naſcit̃ puer. Exē-
plum eſt in ramo, qui cum trunco inſerit̃
Ad quartū. vegetatione trunci nutritur, & augmenta-
tur cū exteriori benefitio. Ad quartum di-
cendum eſt, quod cum eadem ſit, anima ve
getabilis, ſenſibilis & rationalis. Et vegeta-
bilis & ſenſibilis a corpore ſeparantur, id ē,
virtus vegetabilis & virtus ſenſibilis, non
tamen ſub ratione vegetabilis & ſenſibilis.
Si autem aliquis vellet inferre, quod ſit ſe-
para

parabilis inquantum vegetabilis, hoc Soφiſma eſt ſimile huic. Quæcunq; ſunt eadem ſecundum ſubſtantiam, ſi vnum creſcit, & reliquum, ſed Sortes puer & Sortes ſenex. ſunt eadem ſecundum ſubſtantiam, ergo &c. Si autem inueniatur ab Areſto. aliter dictum, intelligendum eſt, in diuerſis ſubiectis, vnde vegetabilis prior dicitur, et idem eſt quod vniuerſalior. Etiam in eodē homine vegetatiua prior eſt operatione vegetandi. Ad verificationem autem huius quod ille tres potentiæ non dicuntur differentes ſecundum ſubſtantiam, ſed ſimul ſūt ſic poteſt oſtendi, Quia in homine morien te quando anima rationalis recedit, non remanet potentia vegetādi vel ſentiendi, nec remanet vtraq; illarum ſecundū ordinem, quem habuiſſent in generatione & creatione, quia quæ prius ſunt in generatione, ſūt *vltima in reſolutione.* Ad idem eſt, quod vni perfectibili correſpondet vna perfectio Et ſi perfectibile non eſt aliud ſecundū ſubſtantiam & eſſentiam, nec pfectio erit alia ſecundum eſſentiam ſuam, ſed quia idē eſt homo in eſſentia & ſubſtantia, ſecundum

Oſtēdit tres potentias in eodem hōine non differre ſecundum ſubſtantiam. K

ſubſtantiam rationalem, vegetabilem & ſē ſibilem, ergo perfectio illorum trium erit eadem ſecundum ſubſtantiam, ergo in homine non differunt ſubſtantialiter rationabilitas, ſenſibilitas, & vegetabilitas. Ad idē poteſt induci ratio theologica, quoniam cū anima vacat deſyderijs carnalibus, impeditur a contemplatione ſupernorum, ergo eadem eſt ſecundum ſubſtantiam, quia ſi diuerſe eſſent ſecundum ſubſtantiam. tunc actus vnius non dependeret ab actu alterius Et ſic vna non retardaretur ab actu ſuo proprio, propter actum alterius, ſed cū hoc ſit falſum, manifeſtum eſt, quod non ē niſi vna anima rationalis & nō plures, Rationes vero ad vtranqꝫ partem plures ſunt de quibus ſuperſedemus ad præſens.

CAPITVLVM QVINTVM DE potentijs Animæ vegetabilis ſpecialiter.

De hac re lege Are. 2 de ani. c. 2. tr. 5
Actus nutritiuus.

REdeamus igitur ad diuiſionem animæ vegetabilis in ſuas potētias, quę ſunt tres. Nutritiua, generatiua, augmētatiua. Nutritiuæ actus eſt, nutrire ſiue alimē

to vti,& potentiam iſtam ſiue actum iſtũ ſemper habet anima vegetabilis, quia hæc potentia eſt data ſibi ad conſeruationem ſui indiuidui,cibus enim quo res animata alitur,iuuat humidnm.Et eſt exemplũ in lampade ardente,vbi cito conſumeretur li- chnus,ſi non eſſet humidum exterius in oleo quo paſceretur ignis.Eius autem ſũt quatuor partes.ſ.Attractiua,digeſtiua, re- tentiua & expulſiua. Attractiua eſt, quo cibum attrahit,quæ multum eſt neceſſaria plantis Digeſtiua eſt,quæ cibum alterat et digerit,& a Damaſceno vocatur alteratiua Retentiua eſt, quæ cibum retinet, quod aptum natum eſt ad nutriendum.Expulſi ua autem eſt,quæ expellit ſuperflua. Age re autem de vnaquaq; iſtarum pertinet ad Medicum. Generatiuæ autẽ actus eſt ge- nerare.Eſt autem generatiua ad ſaluatio- nem ſui in ſpetie,per ſe enim non poterat ſaluari indiuidnum,cum eſſet corruptibile Et cum ſaluatur in alio, vt ſic aliquo mo- do participat eſſe diuinum & perpetuum? Fuit autem naturæ ita a Deo in ſaluatione ſui ſecundum ſpetiem prouiſum,vt licet in

Virtus attractiua. Digeſtiua. Retentiua.

Expulſiua.

Actus generatiuæ.

generandi actu magna ſit munditia, mirabilem tamen natura appoſuit actui generãdi delectationem, vt ſic quodammodo ſequeretur prolis multiplicatio, & vt ſpeties non periret. Augmentatiuæ actus eſt, augmentare, ſiue ad debitam quãtitatem quodcunq;, quod augmentatur, producere. Et dixi ad debitam quantitatem, quia ſicut dicit Areſto. Omnium a natura conſtantiũ, terminus certus eſt, & ratio magnitudinis & augumenti.

Actus augmentatiua.

CAPITVLVM SEXTVM DE potentijs animæ ſenſibilis.

Diuiſio.

Poſt hęc dicendum eſt de potẽtijs animæſenſibilis. Quarum hæc eſt diuiſio prima. Quoniã quædam ſunt apprehenſiuæ, quædam motiuæ. Iſtæ duæ potẽtiæ proprie non cõueniunt vegetabili animæ quoniam omnis apprehenſiua eſt cognitiua, quę non eſt in plantis. Item vis apprehenſiua ſemper apprehendit ſenſibile, ſiue apprehenſibile exiſtens in aliqua ſeparatione a re apprehenſa, ſed erit viſibile mediante aliquo, vt patet in viſu, cum apprehen

dit

dit colorem,qui eſt in quadam ab organo
diſtantia,vnitur mediante luce,& non reci
pit̃ color in oculo,ſed ſpeties coloris.Sed in
vegetabili coniungitur potentia cum ſuo
obiecto,vt nutritiua cum cibo,augmenta-
tiua cum eo quod auget. Nec cibi ſpeties
cum corpore vnitur nutribili,immo ſubſtã
tia cibi Similiter nec illa potentia quæ dici
tur motiua,eſt ibi prout in ſenſibili. Licet
enim in omni generatione & augmentatio
ne ſit motus ſecundum locum, non tamen
motus progreſſiuus,ſed dicitur motus dila
tationis vel conſtrictionis.In ſenſibili autẽ
& rarionali eſt motus progreſſiuus,q̃a bo-
num ſimpliciter vel apparens,cum appre-
henditur,mouet appetitum.Et quia bonũ
illud apprehenſum non eſt coniunctum ſi-
bi,ideo datus eſt animali motus progreſſi-
uus de loco ad locum,ad acquirendum il-
lud bonum & ad vniendum ſibi.Si autem
obijcitur,quod non omne animal mouet̃ Obiectio.
de loco ad locum,ſicut ſunt conchæ,ſed ha
bẽt motum dilatationis & conſtrictionis ſi Solutio.
cut & plantæ.Dicendum, ꝙ motus illorũ
animalium non ẽ ſolũ dilatationis & con

ſtrictionis, immo eſt motus aliquo modo, qui ſequitur formam apprehenſam, quod patet, quia eſt cum delectatione vel cũ triſtitia ſenſuali. Hæc enim ſequuntur ſenſum ſicut vult Are. ſcd'o de ani. Prȩterea ſi ſit dilatatio ptiũ hic et ibi tñ erit alia hic et ibi. Ideo in plantis eſt dilatatio partiũ ſecundũ quantitatem augmenti, In conchis vero ſecundum diffuſionem ſpirituum, ſed hoc nihil facit ad probandum, quod motus magis eſt in animalibus, ꝙ in plantis ſed facit ad hoc, quod ibi eſt motus, qui ſequit̃ aliq̃ modo apprehenſionen. Item eſt obiectio de animalibus, quæ ſunt ſecundum Areſtotelem imperfecta. Apprehenſiuarum autem virtutum, quædã ſunt deintus, quædam deforis. Apprehenſiue autem de foris dicuntur, quæ apprehendunt per organum ſiue in organo, quod eſt extra in corpore. Sed forte hoc non inuenit̃ in ſenſu tactus, quia ibi eſt caro, medium ergo tactus eſt deintus, ſcilicet in carne. Vnde apprehenſiue deforis dicũtur, quia apprehẽdunt rem de foris in ſubiecto & in præſentia. Apprehenſiuæ deintus dicuntur quia

Dilatatio ꝑtium aliter in quibuſdã animalibus & aliter in plantis reperitur

Diuiſio ſenſus.

illud

illud q̄ apprehendunt deint⁹ ē,vel ipſa res vel ipſarū̄ ſpecies. Verbi gratia,Imaginatio accipit ſpetiem a ſenſu communi,intellect⁹ autem ab imaginatione,vt patebit inferius. Apprehenſiue deforis,ſunt quinq̧ ſenſus. qui in hoc conueniunt,quod omnes ſunt potētiæ paſſiuæ animæ,vnde propter hoc obiecta earum dicuntur qualitates paſſibi les,quia faciūt in ſenſu paſſionem. Ad hoc autem,vt ſenſus ſentiat actu,exigūtur qua tuor,duo ex parte ipſius ſenſus.ſ.ſpiritus et organū. Et alia duo ex parte extrinſeci, pu ta,obiectum & medium. Vnde in abſtra ctionæ formæ ab obiecto,prius forma eſt inmedio,ſecundo in organo,tertio in ſpiri tu. Et cum eſt in ſpiritu, de facili puenit ad animam Prima igitur immutatio fit in me dio,poſt in ſenſu ipſo,deinde ſequitur iudi cium harum in ſenſu communi. Senſuum duo ſūt magis neceſſarij. Guſtus ad diſcer nendum cibum bonum a nociuo. Tactus ad diſcernendum ea quæ corrumpunt cor pus exterius,ab eis quę ſaluāt corpus. Vū fugimus combuſtum ſiue combuſtionem quia corrumpit. Olfactus autem,viſus, au

Diuiſio ſenſus exterioris in 5.&c.

Ad ſentiendū.4.requiruntur.

Oſtendit aliquos ſenſus eſſe de neceſſitate animalis: Alios vero niſi de bene eſſe.

 ditus

ditusq; ſunt de bene eſſe animalis, vt dicit philoſophus in fine tertij de anima. Et forte propter hoc natura ita ordinauit quod in illis duobus, qui ſunt neceſſarij, eſt medium intrinſecum, ne ex parte medij poſſit eſſe deffectus. Alij autem ſenſus habēt medium extrinſecum. Vnde, quod ſenſus viſus quandoq; non videat, contingit, quia ibi non eſt medium illuminatum. Quod autem illi tres ſenſus faciunt ad bene eſſe animalis, manifeſtum eſt. Duo autem ex his neceſſarij ſunt ad habendum ſcientias ſecundum duos modos, per quos doctrina habetur, ſcilicet, per doctrinationem, & ſic neceſſarius eſt auditus, ad immediate recipienpum ſcientiam a doctore. Alter eſt neceſſarius ad inuentionem ſcientiæ, & ſic viſus deputatur, licet etiam inſeruiat huic modo habendi ſcientiam qui eſt per doctrinam, ſed hoc eſt ſcriptis interuenientibus. Viſus aūt facit ad inueniendum ſcientias, per hoc enim, quod homo vniuerſa videt, pulchra & turpia, cœlum & ſtellas, ſic de ſingulis vult inquirere & inueſtigare naturas et cauſas earū. Præterea int̃ omnes ſenſus

ſus, iſte ſenſus viſus facit magis ad ſcientiā quia ſcientia generatur per abſtractionem ſpetiei ab obiecto, quod patet in potētijs ſenſitiuis interioribus, vnde fantaſia denominatur ab illius actu, & ſenſus communis dicit, video me videre. Olfactus autem inter omnes ſenſus minus eſt neceſſarius quia facit tantum ad ſanitatem, quia ſentit & tangit aeris corruptiones. Et dicit quod plus noceat aer corruptus, quam cibus corruptus. Item ad ſcientiam facit occaſionaliter ſiue per accidens, Odorifera enim cum odorantur, cerebrum confortant. Confortatio autem cerebri ad ratiocinandum prodeſt, & de hoc non eſt dubium.

CAPITVLVM SEPTIMVM. DE potentijs ſenſitiuis de foris. Et habet quinq; particulas. Prima eſt de ſenſu viſus.

DE primo nunc dicendum. Obiectū enim viſus non eſt color. Color ēm eſt immutatio viſus ſecundum actum lucidi. Multa enim videntur, quæ colorem nō habent ſicut cælum, aqua, & ſimilia. Vnde

De viſu lege Are. in 2. de ani. in tex. Cō. 66. & inf. p totū c.

credimus, quod lucidum ſit viſus obiectū nec color eſt obiectum viſus, niſi ratione lucis, quæ eſt ibi. Vnde lux eſt in proprio ſubiecto, quod & corpus luminoſum dicitur. Lumen vero eſt in diaphano vel trāſparente, Splendor vero eſt in terſo & denſo. Color vero dicitur eſſe in mixto corpore, Radius autem addit ſupra lucem directionem, quia radius eſt lux directa, ſicut virtus eſt addens ſupra gratiam operatione̅, quia virtus eſt gratia ordinata ad opus Medium eius eſt aer. Inſtrumentum ſiue organum quod dicitur, magis proprie eſt oculus, ad quem deuenit neruus opticus protenſus a cerebro vſq; ad oculi pupillā. Et ideo ſpiritus viſibilis, qui eſt in neruo iſto, recipit ab humore cryſtallino coloris ſpetiem, qui eſt in pupilla. & defert eam ad ſenſum communem.

Lux. Lumen Splendor. Color. Radius.

Mediū viſus

PARTICVLA SECVNDA DE obiecto, medio, & organo auditus.

Lege Areſt. 2. de ani. in tex. co. 77 & infra per integrū cap.

OBiectum autem auditus eſt ſonus, qui fit in aere ex colliſione duorum corporum durorum ad inuicem fortiter p

cuſſorū

cuſſorum. Et ex illa colliſione fit tremor in aere, qui continuatur per aerem vſq; ad aurem. Vnde duo ex parte ſoni generationis requiruntur. Primo: quod ſit tactus ex parte corporis duri ad durum, medio aere. Secundo requiritur, quod fiat cum ictu ſiue violentia. Nam ſi non fieret cum violentia: vel ſi corpora non eſſent dura, non ſonarēt ſicut ponit exemplum Areſto, de ſpongia & lana, ſimiliter de pilis. Et niſi fiat cum violentia contactus ad inuicem, non erit ſonus, vt patet, cū aūt mouetur aer cum velocitate motus inueniens corpus ſibi reſiſtēs facit tremorem & continuatur vſq; ad aurem. Diffunditur autem ad modum circuli ſpheræ, cuius centrum eſt locus percuſſionis. Vnde vox ex omni parte auditur, vt dicit philoſophus, cum talis vox generat tremorem: ſemper debilitatur circulariter, quouſq; deficiat virtus impellens, cuius ſimile apparet, cum lapis proijcitur in aquā. Medium autem in hoc ſenſu eſt, aer continuatus aeri poſito intra concauitatem auris. Inſtrumentum eius eſt tympanum auris, ad quod dirigitur neruus protenſus a

De ſono.

Medium auditus.

Organū auditus.

cerebro,

cerebro, continens ſpiritum audibilem. Et popriũ huius ſenſus eſt, quod ſuum ſenſibile ſemper eſt in medio, & ideo caret ꝓpria abſtractione, ſcz quæ fit ab obiecto.

PARTICVLA TERTIA DE obiecto, medio. & organo olefactus.

De hac re lege Are. 2. de anima in tex. cõ 92. & infra.

OLefactus autem obiectum eſt in re odorabili, & odor in medio dicitur fumus vel vapor, quẽ calor reſoluit de re odorifera. Et inde eſt, quod res odorifera ſæpe odorata putreſcit & citius putrefit. vt puta: pomum. Medium huius eſt aer. Organum vero ſunt duæ carunculæ a cerebro deſcendentes, quę ſimiles ſunt duobus capitibus mamillarum. per quas prouenit ſpiritus odorabilis ſiue ſpęties odoratiua ad ſenſum olefactus.

PARTICVLA QVARTA DE obiecto, medio, & organo guſtus.

Lege Areſ. 2. de anima in tex. com 101. & inf ꝑ vnũ caput

OBiectum autem guſtus eſt, ſapor q̃ ẽ in re ſaporãte: ſiue ſaporifera: res aũt ſaporifera qñ cõiungr̃ hũiditati ſaliuali, ĩmutat̃ ab ea, Et mędiãte ſpõgioſa carnæ (quæ ẽ

in lin-

in lingue ſuperfitiæ.& eſt medium,(intrin
ſecum)reddit ſaporem huic ſpiritui. qui eſt
in neruo interiori inde eſt,ſi humiditas ſali-
ualis fuerit infecta amaritudine choleræ,
iudicat guſtus cibum amarum eſſe, perci-
pit enim amaritudinem. & in veritate ibi
amaritudo eſt,ſed non eſt vbi ponit eam.
Vñ non fallitur circa amarum, quod ẽ ob
iectum guſtus,in hoc tamen eſt error, ꝙ
ponit amaritudinem eſſe,vbi tamen non ẽ
Et nota,quod duplex eſt medium in hoc
ſenſu,intrinſecum,vt caro, extrinſecum, vt
humiditas ſaliualis.

PARTICVLA QVINTA de tactu.

TActus autem poteſt denominari ab eo,quod ſentit.Et ſic eſt vnus ſenſus, vel ab his que ſentiuntur,& ſic ſunt quatu or.Primo apprehendit calidum & frigidũ. Secundo humidum & ſiccũ. Tertio aſpe-rum:leue.Quarto graue & leue. Harum aũt qualitatũ nõ eſt proximum vnum ge-nus,ſicut color eſt genus omnium colorũ. Et quia non ſunt ſub vno genere formalr

De tactu A. 2.de anim. in tex.com. 106.& in-fra.

ex hac

ex hac parte tactus eſt plures ſenſus. Item nota, ſicut dicit Auicenna quod ſenſus exteriores ſunt quinq; vel octo. Notandum: quod aer eſt medium in viſu, ſecundũ qđ eſt corpus diaphanum, ſed ſecundum aliã diſpoſitionem non nominatam, eſt mediũ in auditu, ſecundum quod aer eſt, non habens ſonum, potens autem habere, ita etiã dicitur de olefactu. Quare autem quinq; ſunt ſenſus ratio ſumitur ab obiectis, & ex elementis. Quorum quinq;, vnum eſt medium inter aquam & aerem: ſcilicet vapor. Viſus em̃ ad ignem comparatur, quia medium viſus eſt lucidum. Auditus ad aerẽ. Guſtus ad aquam. quia media eorum ſũt hæc. Tactus autem ad terram, quia mediũ eius eſt terreum, vt caro. Et quia tactus nõ poteſt palpare: niſi per proprietatem eius, ſcz ſoliditatem. Odoratus autem ad quintum elementum. ſcilicet ad vaporem, quia habet fieri per aeris immutationem. Vaporem autem dicimus medium aquæ & aeris: quantum ad ſubſtantiæ ſubtilitatẽ: quia ſubtilior eſt quam aqua: & groſſior quam aer, quia vapor reſoluitur in elementa: ſcili-

Cur quinq; ſunt ſenſus exteriores oſtendit.

cet: aquam & terram: per calorem Solis, de quo plenius diximus in tracta. elementorũ vbi dixim⁹ de ipſo generari diuerſas impſ ſiones aeris, et elemẽtata animata et ĩanimata quinq; modorũ compoſitiõis. Conſtare vczt ipſo vapore corpa mineralia, terræna ſcẽtia, anĩalia rationalia & irrationalia.

CAPITVLVM OCTAVVM DE potentijs ſenſitiuis interioribus. Cuius .v. ſunt particulæ. Prima ẽ de ſenſu cõmuni.

REdeamus igr̃ ad potẽtias animę ſenſibilis, apprehenſiuas deint⁹. quę ſũt quinq;. ſcz. Senſus cõmunis, imaginatio, formatiua ſiue fantaſia, æſtimatiua, & memoratiua. Senſus cõmunis eſt potẽtia apphenſiua obiectorũ particulariũ ſenſuũ, p omnes differentias omniũ ſenſatorꝝ, a quo ſenſu imaginatio recipit ſpeties obiectorũ ſiue idola, etiã ſine obiectorꝝ preſentia Habet aũt ſenſus cõmunis tres actus. Primus actus ẽ, ſe cõuertere ſup actus particulariũ ſenſuũ, vñ dicit, video me videre, ſẽtio me ſentire. Et in hac via nõ apprehendit ſimul niſi obiectum vnins ſenſus. Alius aũt act⁹ eſt, diſcernere inter obiecta & actus diuer

Senſus cõis

Tres opatiões ſenſus cõmunis. 1

2

ſorum ſenſuum, & p hoc habet iudicare, ꝙ hoc nō eſt illud: cū dicit: album nō eſt dulce, hoc aūt non pōt facere ſenſus particularis, qui non extendit ſe niſi ad ꝓpria obiecta: & ideo diſcernit inter illa: Diſcernere aūt relinquit ante ſe apprehēdere. Iſti duo autem actus ſunt ei principales ſecundum Auicennam,
3 dum Auicennam, Tertius actus eſt apprehendere rem in loco, in q̊ non eſt, ſed in q̊ erit: ſic apprehendit ſtillam vel guttā cadētem directe vſqꝫ ad terrā, quaſi linea continua: vñ cū ſtilla inferius eſt, non eſt ſuperius. Apprehēdere aūt ſenſata cōmunia, non eſt eius ꝓprius actus, immo conuenit ſenſui particulari. Cōmunia aūt ſenſibilia ſunt qnqꝫ.ſ. Numerus, motus, qes, magnitudo, & figura. Difficile aūt eſt videre, quō quilibet ſenſus poſſit omnia apphendere. Vñ quidam hoc poſuerūt, ꝙ ſolum eſſet ſenſ⁹ cōmunis: ſꝫ hoc eſt cōtra Are. in li. de ania.

De ſenſibili ꝓprio ac cōmuni lege Are. 2. de anima in tex. Cō, 63. & 64.

PARTI. SECVN. de ꝟtute Imaginati.

IMaginatio eſt ſenſibilium ꝓprietatū abſēte obiecto ꝑceptio. Vñ in hoc differt a ſenſu cōmuni, quia ſenſus cōmunis indiget p-

get p̃ſentia rei,niſi in ſomnis,quia in ſomno
fit repreſentatio formarum ordine contra-
rio,ita ꝙ memoratiua,quę eſt vltima ꝟtu
tum, repreſentat ſpetiē ſuam æſtimatiuæ
ꝟtuti,deiñ fantaſię deinde imaginationi,de
inde ſenſui cõmuni,& ſic indiget preſentia
rei ſenſibilis,niſi in ſomnis,imaginatio vero
non.Item differunt in alio,quia ſenſus cõ-
munis non conſeruat idolum,ſiue ſpeciem
receptam in obiecti abſentia , quia ſtatim
recipit eam imaginatio:& conſeruat eam
vſq; ad abſtractionē,quæ fit p̲ intellectum
agentem.Sciendũ tamen, ꝙ qñ in ſomno
vis formatiua(de qua poſtea aget̃) mouet̃
de imaginabili ad imaginabile,et fit deſcē
ſus earũ vſq; ad ſenſum communem. Vñ
animæ videt̃ res abſentes p̲ phantaſiã tanq̃
preſentes.Quare aũt deſcenſus tunc fiat ta
lis:ratio eſt,quia imaginatio & phantaſia
tunc habẽt operationes.Operatio autem ē
iſta,coniungere imaginabile cum imagina
bili per ſuã ſpetiem, in iſta aũt operatione
ſpeties quę latebant,cum iſta imaginatiua
virtute conſeruare,quaſi ꝓdeuntes manife
ſtantur,& ꝓpinquiores fiũt ſenſui cõmuni

qui ꝑ aſſuetudinē recipiendi ſpeties a ſenſu particulari etiā tunc recipit ab imaginatiõe eas. Et ponitur exemplũ ab autorib⁹ de cā dela ſæpe accẽſa & ſæpe extincta, q̃ ſi ſit ꝓpe ali ĩ accenſam, accendit̃. Ita fit, ab imagi natiõe em̃ deſcendũt ſpeties ad ſenſũ cõmu nẽ, et ꝓpter hoc tunc credit̃ res eſſe p̃ſens. Et ſi querit̃, quare ſimilr̃ non fit ſcd'm ſu periorem partem animę? Dicimus em̃ ſic eſſe, aliqñ em̃ contingit bonos verſus ſiue ſyllogiſmos fieri in ſomno, licet tamen raro quia iſta non ſolum fiunt per cõpoſitionẽ imaginabilis cum imaginabili, immo ibi eſt quędam ratiocinatio. Vñ opinio ẽ, ꝙ tunc homines non dormiant omnino, ſed natu ra quieſcit feſſa, nec vtit̃ ſenſibus exteriori b⁹, vtit̃ tñ ratione circa illa, in q̇b⁹ ſollicita ẽ.

PARTICVLA TERTIA, DE tertia potentia ſenſitiua interiori, ſcz, ꝟtute formatiua.

Differentia inter imagi natiõnẽ & imaginatiuã

TErtia potẽtia ẽ formatiua, quę a quí busdã vocat̃ vis imaginatiua. Faci unt em̃ differentiã inter imaginationẽ & imaginatiuam vim, quia imaginatio eſt ſo lum re-

lum receptiua ſpetierum ſenſibilium,& cõſeruatiua earũdem, vis imaginatiua vel formatiua eſt componens ſpetiem cum ſpetie Et hæc facit caſtra in Hiſpania, & fingit chimeras & hircoceruos. Ab alijs aũt hæc eadẽ vocat̃ phantaſia: quam dicũt eandem eſſe cum imaginatione. Et illi non ponunt niſi quatuor potentias apprehenſiuas deintus anĩæ ſenſibilis. Alij dicunt, qui conueniunt cũ his, ꝙ in hoc ſolũ differat ab imaginatiõe phãtaſia ꝗa phãtaſia ĩquãtũ ĩtellectꝰ agẽs abſtrahit ab ea phantaſmata, quę ſunt depurata ab omni ſenſibilitaie & ſingularitate, & dicunt̃ ſpeties cũ ſint in intellectu poſſibili, Vtrum aũt phantaſia ſit eadẽ potentia, vel diuerſa ab imaginatione, non determino. Actus aũt huius (quocũqꝫ mõ vocet̃, ſiue formatiua, ſiue imaginatiua, ſiue phantaſia) eſt apprehendere ſpetiẽ rei ſenſibilis. Errat autem virtus formatiua ſæpe in ſua compoſitione, ſicut in componendo ſenſatum per ſe, ad ſenſatum per accidens. Verbi gratia, ſenſus communis vel particularis comprehendit rubeum in cupro, rubeum eſt ſenſatũ per ſe, ſed cuprũ eſt per accidẽs

ſenſatũ. Senſatum aũt per ſe, ducit & mo-
uet ad ſenſatũ ꝑ accñs. Vñ rubeo ꝑcepto
in cupro, recordatur aliquis de auro, cuius
ſpetiem & recipit per quandã vim quę ap
prehẽdit, q̃ dicit̃ etiã ratio particularis. Et
vocat̃ cõmuniter intellectus. Sciendum
tñ ꝙ ille intellectus, non eſt intellectus ve-
rus, imo eſt abuſio nominis intellectus. Si-
cut cũ dicit̃, canis intelligit dominum ſuũ,
habet̃ eñ huius intellectus ꝑ ſimilitudinẽ
quandã & conſuetudinẽ, quę eſt virtutis
memoratiuę, quę excitat̃ per vocem cla-
mantis, venientem ad auditũ canis, Dico
aũt ꝙ ſenſatũ ꝑ ſe, mouet ad tale ſenſatum
ꝑ accñs, qa ibi eſt alia via inquantũ ſenſatũ
per ſe cognoſcit, quia illud ꝑ ſe, illud per ac
cidens. Et eſt in via interiori, ſcd'm quã ſpe
ciem phantaſia conuertit ſe ſuꝑ aurũ, quod
commemorat & cõponit, et qñꝗ eſt error
qñꝗ vero non. Error eſt, qñ memoratum
non eſt ſub ſenſato per ſe, q̊d actu appre-
hendit, & dicit, hoc eſt aurũ, cũ tamen ſit
cuprũ. Si vero memoratũ eſt ſub ſenſato ꝑ
ſe, ſi eſt preſens actu, & in mouendo, nõ ẽ
error, Dicit̃ aũt hæc potentia ſimplex, quia

ſæpe

ſæpe,fit ſine argumentatiõe,põt etiã fieri cũ
argumentatione,& tunc ẽ aliqñ fallacia ac
cidentis,& aliqñ fallacia conſequentis.Fal-
lacia accñtis eſt,qñ ſenſatũ per ſe vt rubeũ,
cadit in ſenſum & mouet illam vim, quæ
auri ſpetiẽ continet, ad cõuertendũ ſupra
ſe ſpetiem auri,& tunc eſt fallatia acciden-
tis.Fallacia cõſequentis eſt, qñ rubeũ mo-
uet non ſolum ad memorandum aurũ, ſed
etiam cuprũ.Et ideo,quia videtur ſenſatũ
ꝑ ſe, pluribus ineſſe,phantaſia illa plura cõ
poſuit,& dr̃ vnum eſſe aliud. In hoc ergo
eſt differentia,in hac & præcedenti dece-
ptione. Quia in prima erat recordatio, niſi
de vno ſubiecto,ſiue ꝑ accidens ſenſato,q̃d
nõ eſt actu præſens in re, licet ſit præſens
in mouẽdo & excitãdo ratiõem rubei. De
ceptio aũt ſecũda ẽ,recordatio vtriuſq; ſub
iecti.Et de iſto quod nõ eſt præſens, niſi
in mouendo,& propter hoc dicit Areſto-
ꝙ accidens eſt in vno ſubiecto ſolo, conſe
quens aũt in pluribus.Vñ ego intelligo in
pluribus ſubiectis,& licet plures intelligãt
de pluribus conſequentijs, Vnde in para-
logiſmis accidentis,ſumitur idem in ſubie-

cto

cto in omnibus terminis. Quod patet, cū dr̃. Omne balneū eſt artificiale, aqua eſt balneum, ergo aqua eſt artificialis, Ibi eñi balneum & artificiale ſunt idem in ſubie-cto. Simil' aqua & balneum ſunt idem in ſubiecto. In fallatia vero conſequentis ſu-muntur diuerſa ſubiecta, vt patet intuenti.

PAR. QVAR. De potētia æſtimatiua.

Poſt iſtas ſequit' Aeſtimatiua. Et eius offitiū eſt, apprehēdere intentiones non rationis, ſed potius naturæ, quia æſti-matiua ſenſibilis non apprehēdit quid eſt ſyllogiſmus, qd enūtiatio, qd oratio, qd no men quid verbū. Apprehendit aūt hono-rē vel ignominiā, amicitiā, cōmodū, incom modum, bonitatem, malitiam, & per iſtam vim iudicat ouis lupū inimicū, & aſinus le onem amicum, & aprū inimicū, qui oñdit ſibi ſuā faciem horridā, licet aſinus a leone occidatur, & ab apro ſaluet'. Quidā tñ di-cūt, ꝙ nō faciunt hoc oues & aſinus p vir-tutem eſtimatiuā, ſed p quandam ꝟtutem naturalē, quæ ē in omni re p q̄ fugit natu-raliter ſibi nociuū, & apprehendit cōmodū

quæ

quæ eſt in plantis etiã. Sed iſti falſũ dicunt quia ſi ſic, aſinus nõ habitaret cum leone.

PAR. QVIN. De potẽtia memoratiua.

MEmoratiua virtus ẽ, vis ordinata in poſteriori cõcauitate cerebri, retinens q̃d apprehẽdit vis æſtimatiua de intentiõibus ſenſibiliũ. Cõparatio aũt virtutis æſtimatiuæ ad memoriã, ſecund' Aui. eſt talis, qualis eſt cõparatio imaginatiõis ad ſenſũ cõmunem, quia ſicut maginatio retinet, & eſt theſaurus formarũ ſenſibiliũ, quas apprehẽdit ſenſus cõmunis; ſic memorartiua ẽ theſaurus conſeruãs intentiões ſẽſibiliũ, quas apprehẽdit ꝟtus æſtimatiua Ad maiorẽ aũt declarationẽ ꝟtutis memoratiuę, querendum eſt. Quę ſit differentia memoriæ et reminiſcẽtię. An ſit recordatio ſeu reminiſcẽtia irrationabiliũ? Ad quod dicendũ ſecundũ Auicen. ꝙ eſt memoratiua in aliꝭ animalib⁹, ſʒ reminiſcẽtia quę ẽ reuocatio ingeniꝭ ad quærendũ quod obli tum ẽ non inuenit, niſi in ſolo homine. Cognoſcere eñ ſibi aliq̃d affuiſſe, q̃d poſtea deletũ eſt, nõ eſt niſi ꝟtutis ratiõalis. Sed Quæſtio. Reſponſio.

ſi eſt

ſi eſt alicuius virtutis alterius,præter rati-
onalem ,poterit eſſe æſtimatiōis,ſed inquā
tū decorat̃ & informat̃ rationabilitate. Dif
ferētia ergo memorię & reminiſcētię ē, qa
memoria ē retentio ſpetierū ſiue intentio-
nū ſenſibiliū,ſed reminiſcentia ē repreſenta-
tio formarū a memoria deletarꝝ ꝑ obliuio-
nem,ꝑ ea quę auertit actu, & ſimilia, ſicut
ſi obliti alicuius perſonæ quā vidimus, re-
curremus ad locū ad tempus,et accipimus
ꝑ quę recordamur ꝑſonæ,quā uidimus ta
li loco,tali tp̄e,talia facientē. Notandū q̊cꝫ
ꝙ eſt etiā differētia inter recordari & addi
ſcere. Quidā em̄ poſuerūt, ꝙ nihil aliud ſit
addiſcere q̄ꝫ reminiſci. Cōueniūt aūt hæc
duo in hoc,ꝙ vtrobiqꝫ eſt motus ad inco
gnita,ad hoc vt ſciant̃. Sed in hoc differūt
qa recordatio ē inq̄ſitio incognitorū,vt co
gnoſcant̃ in pręſēti vel futuro, Quę in p̄te
rito q̊cꝫ cognita fuerūt. Addiſcere ꝟo ſiue
diſciplina ē,extenſio animę ad cognoſcen-
da incognita,quę tamē non fuerūt,cogni-
ta pri⁹. Itē ad maiorē euidentiā. Querit̃ ꝓ-
p̄t q̊ d hōines aliq̄d facili⁹ addiſcūt q̄ꝫ recor
dent̃,q̄dā eōcuerſo. Et vniuerſaliter ꝓpter
q̄d q̄dā ſunt facilioris recordatiōis, q̄ꝫ me-
mo-

Differētia inter memoriā & reminiſcē tiam.

Recordari.

Addiſcere.

Quæſtio.

moriæ,aliȷ̃ ecõuerſo. Ad quorũ intelligenti
am notandũ ẽ ſcdm̃ Auicen.ꝙ illi ꝗ ſunt
ſiccę cõplexionis fortes ſunt in memoriter
retinendo,& debiles in recordando. Sicci-
tas eñ conueniẽs eſt diſpoſitio ad impreſ-
ſionũ retentionẽ,inhabilis aũt eſt ad motũ,
& ideo ſicca complexio cõuenit memoriæ
non recordationi. Qui ꝟo ſunt calidæ cõ-
plexiõis,facile recordant̃. Hi eñ ſunt, qui
magis ꝑcipiũt nutus. Nutus aũt opant̃ mo
tũ ſenſibiliũ,& ꝗ erit ꝑceptior nutuũ,erit ci
tius recordãs. Itẽ caliditas cõplexiõis, con
uenientiſſima ẽ ad motũ diſpoſitio. Illi ꝟo ꝗ
ſunt cõplexionis hũide,faciles ſũt diſcipli-
nę. Humiditas eñ eſt diſpoſitio cõueniẽtiſ
ſima ad facilitatẽ ſuſceptiõis imp̃ſſionum,
quæ cõuenit facili diſciplinę,et eſt cõtraria
diſpoſitio forti memorię,memoriæ eñ ne-
ceſſe ẽ eſſe materiã,a qua difficulter delea-
tur,ꝙ impreſſũ eſt in illa,& ad hoc opus ẽ
ſicca materia cõplexiõis. Nota ergo,ꝙ be-
ne memores,contrariæ ſunt diſpoſitiõis be Nta.
ne addiſcentibus. Illi eñ bene memores
ſũt ꝗrũ animę nõ habent facilẽ motũ,necꝫ
diſꝑgũt cogitatiões eorũ. Illa eñ aĩa quę
habet multos mot⁹ & multiplices cogita-

tus,nõ bene memorat.Eſt em̄ cõtraria diſpoſitio bonę recordatiõis,bona em̄ recordatio exigit multiplices motus et agiles cogitationes. Itē bn̄ memores ſunt ſiccę cõplexiõis,quę ē diſpoſitio difficilis ad ſuſcipiēdū impſſiões,& ideo ē contria diſpoſitio facilis diſciplinæ.Bona ergo memoria ē, vel ex ſiccitate cõplexionis,vel excitatio circa vnū vel pauca,nõ circa multa,inde ē,ꝙ pueri,ꝗuis ſint humidi, firmit̄ tn̄ retinēt. Animę em̄ eorū nõ occupant̄ circa multa, ſicut animæ maturaꝝ pſonaꝝ,ſed ſunt fixę circa vnū:Iuuenū aūt ꝓpter calorem ſuū, & ꝓpter motus ſuos agiles,debilior ē memoria,ꝗuis ſit cõplexiõis ſiccę,ſenibus ꝟo accidit ꝓpter humorē,qui ꝑualet in eis,nõ memorari ea quę vident

CAPI. OCTA. De potētijs Motiuis.

Poſt ꝟtutes apphenſiuas ſenſibiles, dicendū ē de motiuis.Motiua ab Are. dr̄ deſyderatiua vel appetitiua.A theologis ꝟo ſenſualitas,quę ē ꝓprię motiua eiꝰ ꝙ ſēſualitas apprehēdit.Sciendū aūt, ꝗd quedā ē motiua ſenſibilis,cuius actus nõ ē ſub libero arbitrio,vt ē ꝟtus pulſualis et fieri habet

bet' in corde, hæc aũt ad phiſicos pertinet. Alia ẽ motiua, cuius act⁹ ſubeſt ratiõi, & hęc ẽ duplex. Quoniã q̃dam eſt imperans q̃dam imperata. Imperans ẽ cõcupiſcibilis & irraſcibilis. Cõcupiſcibilis mouet ad cõmod' & bonũ apparens. Irraſcibilis mouet ad arduũ et triſtabile fugiendũ. Sciend', ꝙ eædẽ poſſũt eſſe motiuę et apprehẽſiuę, de hoc tũc queraẽ inferi⁹. Virtus ĩperata eſt, quędã ꝟtus ſita in neruis et in muſculis, cõtrahẽs et extẽdens ſe ad nutũ imperantiũ, & mouet mẽbra difficilia ad operandũ.

CAPI. NO. De potentijs intellectiuis.

IAm dictũ eſt breuiẽ de potẽtijs animæ ſenſibilis quę nihil habẽt vltra æſtimatiuã & imaginatiuã. Anĩa aũt ratiõalis quæ dignior ẽ, habet om̃ia quę dicta ſunt, ſʒ nõ inquantũ ratiõalis. Inquantũ aũt rationalis adhuc addit intellectũ et rationẽ. Dicend' eſt igr̃, q̊d in anĩa rationali poſt æſtimatiuã ſeq̃ẽ intellect⁹. Diuidit aũt Are. intellectũ in duas potẽtias. Vnã dicit, qua ẽ omnia facere, & hãc voca t intellectũ agentẽ. Et aliam, qua ẽ omnia fieri, & hanc vocat ĩtellectũ poſſibilẽ. Dr̃ aũt agens, qa abſtrahit ſe 3. de anima. in tex. cõ 18

ſus a phantaſmatib⁹, & ponit eas in intelle-
ctu poſſi bili, q̄ dr̄ poſſibilis, q̄a recipit eas
poſſibilr̄, q̄niā nec actu habet eas, anteq̄
recipiat ſpeties· Et loquor de eo, ꝑut intelli
git intellect⁹, in intellectu adq̄ſito, habet em̄
naturalr̄ ītelligere primū ens aliquo mō.
Sed de hoc forſitan dr̄ inferius. Et ſi queri
tur, quare inter imaginatiuā & intellectū
poſſibilē, eſt potētia media que abſtra hit.
Reſpōd eo, q̄ ſenſ⁹ cōmunis et imaginatio
ſunt eiuſdꝫ animę. ſcz ſenſibilis, imaginatio
aūt ſiue phātaſia cū intellectu] poſſibli, nō
ē eiuſdꝫ ſpetiei, ſed diuerſarꝝ differentiarꝝ.
Diuerſarū, quoniā altera ē ſenſibilis, altera
ratiōalis. Sciendꝫ tamē q̄ intellect⁹ diuidit
ſicut intelligibile. Intelligibile em̄ q̄ddam,
ē diuiſibile, q̄ddā indiuiſibi. ſi ſit īdiui. ſiplex
ei correſpōdet intellect⁹ ſpetiei receptiuus
ſcd'm q̄ ſpeties que pri⁹ erat in ſēſu, fit poſt
ea in imaginatiōe, et vltimo in ītellectu. Itē
ītelligibile ſi ſit diuiſibile ſiue cōpoſitū, hoc
ē duplex. Aut ē cōpoſitū ex ſimplicib⁹ ter
minis, aut ex cōpoſitis. Si ex ſimplicib⁹, ſc
eſt enūtiatio. Sed enūtiatiōis duplex ē ap-
p̄henſio, ſcd'm duplicē cōpoſitionē. Aut
em̄ eſt cōtingens, ſic ē opinio, aut neceſſaria
ſic

Queſtiōis ſolutio.

Intellectus ſicut intelligibile diuiditur

Lege Are. 3 de anima in tex. cō. 21.

ſic facit intellectũ. Si ꝟo ĩtelligibile ſit ex cõpoſitis cõpoſitũ, vt ẽ ſyllogiſmus vel alia ratiocinatio:. Aut ẽ ex neceſſarijs cõcluſũ, & ſic accipit ĩtellectus pĩcipia cõcluſiõis. Aut ex cõtingentibus, & ſic intelligit contingẽs, Et tũc vtrũqꝫ accipit opinionẽ, ſecũdum ꝙ opinio dr̃ ꝟtus opinatiua, quæ forte idẽ eſt in homĩæ cũ æſtimatiua. Sed credo ꝙ tũc cõtingit poneret duplicẽ æſtimatiuã. Et dixi, ꝟtus opinatiua eſt opinio, q̄a opinio ẽ habitus generatus ex multis ꝓbabilibus nõ neceſſarijs. Aut ẽ cõcluſum ex cõtingẽtibꝰ et neceſſarijs, vel ex vno cõtingẽti et altera neceſſaria. Et ſic accepta nõ ẽ vna ꝟtus, ſed duę ꝟtutes. Et põt dici, ꝙ ea accipit ratio, quæ eſt cõſtructiua & ordinatiua, et extẽdit ſe ad opinabilia neceſſaria ſecundum ſui diuerſas partes.

CAPITVLVM DECIMVM DE multiplici acceptiõe et noĩbus Intellectus.

Acceptiones intellectus.

NOtandꝰ, ĩtellectus dr̃ multis modis. Eſt aũt aliqñ ĩtellectus potentię nomẽ, & ſic habet duas differẽtias, ſcz, agens & poſſibilis. Aliqñ eſt nomẽ ſpetiei in ĩtellectu poſſibili receptę, ꝓut ipſa ſpeties ꝑficit

poſſibilē intellectū, & ſic tūc dr̄ intellectus formalis, & etiā ītellectus dr̄, quo intelligimus. Cū aūt ipſe poſſibilis ītellectus iam ē pfectus ex vnione ſpetiei cū ipſo, tūc dicit̄ intellectus in effectu, & tūc eſt intellectus q intelligit. Et hoc duplr̄. Qñq͒ conuertit̄ cū ipſa potentia ſupra ipſam ſpetiē quā habet, & tūc eſt actu ītellectus. Vel qūq͒ nō cōuertit̄ ſupra ipſā ſpetiē, tūc eſt ītellectus in habitu. Qñq͒ vo p cognitionē principiorꝝ p̄habitam venit ītellectus ad cognitionē alicuius cōcluſionis tūc dicit̄ intellectus adeptus. Sciendū aūt, ꝙ anima ratiōalis, intellectus, ratio ingeniū, vis ratiōalis volūtas liberūarbitriū, idē ſunt in re, ſed ratione differūt. Intellectus dr̄, dum rē apprehendit per ſpecies ītelligibiles. Ratio, dum cōfert. Ingeniū, dū īuenit. Solertia autem nō dicit animę potentiā, ſed quandā boni ingenij diſpoſitionē, quę ē cauſæ vel medij inuētio, nō in tpe ꝓſpecto. Sed vis rationalis, dū diſcernit & deliberat & iudicat. Volūtas aūt appetit & eligit. Liberū arbitriū vtrūq͒ facit. Sed hoc aduertendū, ꝙ licet in anima rationali, eadē vis ſit apprehenſiua & motiua, ꝓprie tn̄ apprehenſiua dr̄ ītellectus, vo-

Differētia aliquorum.

luntas

lūtas aūt motiua dicit. Ratio autem prout eſt cognitiua & motiua, differt ab intellectu ī modo cognoſcēdi, et modo diuidēdi q̄m ītellectus apphēdit eſſe rei abſolute, et qditatē abſolute. Ratio aūt eſt in collatiōe vnius ad alterū. Intellect⁹, vt eſt potētia cognitiua, diuidit. Quia qdā eſt intellectus, q cognoſcit verū ſub rōne veri, & talis eſt ſpeculatiuus. Alius eſt, q cognoſcit verū, ſub rōe boni exiſtētis vel apparētis, & talis vocat ītellectus practicus. Iſte aūt, q cognoſcit verū ſub rōne boni, diuidit. Quia bonum aut eſt vniuerſale aut pticulare. Si vniuerſale, ſic vocat Syntereſis, quæ ſemp tēdit ad bonū vniuerſale, & malo remurmurat. Et de hoc pōt dictū intelligi Boetij. Sūmamq; tenēs ac ſingula pdens. Alia pars, quæ nō ſp ſtat in vniuerſali, habet duas ptes. Vna, qua cōtēplat æterna, & hęc appropriato noīe dicit intelligētia. Alia q̄ cōſyderat ſupiora & inferiora. Et hæc pprie dicit ratio. Quæ etiā duas habet partes, ſcilicet, virū & mulierē. Vir ſe extēdit vſq; ad intellectū intelligētiæ. Vnde btūs Augu. ſup Apoſtolo ad Conínth. xij. Vir nō debet ſuū velare caput, qa uir (inquit)

Intellectus ſpeculatiuus.

Intellectus practicus.

Intelligentia

Ratio.

eſt pars rõnis ſup̱ eminẽs,quæ ſe extendit
ad id,qđ eſt æternã ꝟitatẽ contemplãdo.
Et hæc eſt imago Dei.quæ æternis rõni-
bus cõſpiciẽdo inhæret,ſed in hoc eſt dif-
ferẽtia eius ad intelligentiã.Quia intelligẽ
tia negociat̃ p̱ modũ intuitionis, eo modo
quo põt in hac vita,ratio aũt nõ, ſed in ra-
tiocinãdo & conferendo.Vñ notabile eſt
qđ dicit btũs Auguſti.Aeternis rõnibus
cõſpiciẽdo inhæret,nõ dicit, æternis ſolũ.
Et hoc etiam ipſe dicit in ſecundo libro de
æternitate.Vbi aſſignat differẽtiã inter vi-
rũ & mulierẽ,dicẽs,Vna ſecũdũ rões in-
corruptibiles & ſempiternas res iudicat,
& ita intelligit illud quod eſt ſupra ſe.Al-
tera ꝟo p̱ cõparationes ad res corp̱ales &
mutabiles iudicat,& inſup̱iori cõſiſtit ſapi
entia.ſed in ĩferiori prudẽtia moralis.Item
in ſup̱iori eſt imago trinitatis,quę imago ẽ
ſecũdũ memoriã,intelligentiã & volũtatẽ.
Et nota, ꝙ in homĩe memoria diſtinguit̃
triplex.Vna eſt cõſeruatio ſenſibiliũ ſpecie
rũ & intentionũ quas app̄hẽdit æſtimati-
ua in homĩe,& talis eſt ſecundũ partẽ ſen
ſibilis,& ſequit̃ æſtimatiuã.Alia eſt cõſer-
uatio ſpecierũ ſenſibiliũ & intelligibiliũ,et

hæc

Differunt intelligẽtia & ratio.

Triplex in homine diſtinguitur memoria.

hæc ſequit̃ ratione͂,vñ eſt in poſteriori parte cerebri. Et has duas videt̃ tangere Damaſcenus,cũ dicit.Memoria eſt phantaſia derelicta ab aliquo ſenſibili, vel cõſeruatio ſenſus & intelligentiæ.Credo tñ,ꝙ prima, in homie nõ ſit alia ab imaginatiõe.Tertia eſt memoria in parte rõnis ſupiori.Et dicitur retẽtio vel cõſeruatio eſſentialis ſimilitudinis veri & boni,ſecundũꝙ ania eſt apta intelligere,& amare bona. Cõuerſio em̃ ſup illã ſimilitudine͂ parit intelligentiã boni. Ex qbus duabus ꝓcedit volũtas illius boni,& amor ſui.Omne em̃ bonũ apprehe͂ſum mouet ad ſui amore͂.Et ſic ania ſecũdũ hoc,eſt recte ſimiltudo trinitatis,vbi ex vno naſcit̃ aliud ex qbus ꝓcedit tertiũ naturæ ordine. Sciendum,ꝙ hæc animæ pars eſt ſepabilis,alia v͛o inſepabilis.Separabilis vocat̃ noie appropriato rationabilitas.Et licet ania p eſſentiã coniungit̃ toti corpori, vt fiat in natura vnũ, tñ ſecundũ eſſentiã nõ determinat aliquã parte͂ corporis,ſecundũ ꝙ eſt rõnalis Nec ſecundũ ſe, nec ſecundũ ſuas potentias, quæ ſunt eius ꝓprietates.Habet em̃ quaſdã potẽtias quę nõ ſunt ei ꝓpriæ ſed coniũcti,vt loqui &

Ponitur animę quædam ſepabilis quę dã inſeparabilis.

videre

videre, quæ co̅ueniunt, no̅ per ſe corpori, neq; animæ ꝑ ſe, ſed vt coniu̅cta ſunt. Et ſi dicat̃, quod ꝓuidet per anteriore̅ parte̅ cerebri, & ratiocinat̃ per mediu̅, hoc eſt veru̅ ꝑ appropriatione̅ ſenſibilis an̄iæ. Hæc au̅t non determinat ſibi aliqua̅ parte̅ ſecundu̅ eſſentia̅, ſed ſecundu̅ pote̅tias ſuas. Secundu̅ alia̅ em̄ potentia̅ videt oculo. & ſecundu̅ alia̅ audit aure. Secundu̅ au̅t ſui eſſentia̅, no̅ determinat aliqua̅ parte̅ corꝑis, qa ſecu̅du̅ illa̅ tota eſt in om̄i parte. Cuius ꝓbatio eſt, qa ꝟtus cu̅ ſit accidens an̄iæ ſenſibilis, non eſt ſine eo, cuius eſt ꝟtus. Sed virtus animæ ſenſibilis, eſt eſſe in corꝑe ſecundu̅ partes ſui, qa eſſe in ſpiritibus determinat̃ ſecundu̅ pote̅tias & oꝑationes. Ergo ipſa eſſentia eſt in omni parte.

Obiectionem ſoluit.

CAPITVLVM VNDECIMVM de differentia ſynteresis Intellectus agentis & intelligentiæ.

Syneresis.

RΕcolligo ergo, quod dictu̅ eſt de ratio̅e, ſiue intellectu, qa ſummu̅ quod eſt in ea ĩ moue̅do, dicit̃ Synteresis, & ſtat in vniuerſali, vt dictu̅ eſt, in cognoſcendo. Etiam agens intellectus ſtat in vniuerſali. Sed notandu̅ ꝙ agens intellectus dicit̃, ſecundu̅

Differt intellectus age̅s et ſynteresis.

cundu̅

cundū ꝙ eſt abſtrahēs ab imaginatiōe ſpē
cies,ponēs eas in ītellectu poſſibili,Synte-
reſis aūt.vt dictū eſt,potentia motiua eſt,
& Damaſcenus vocat eā volūtatē natura
lē,ſed differt ꝓut ſic ac ſic vocat̄, q̄a ſynte-
reſis ſolū recipit bona rōnalia, naturalis au
tē volūtas(ſicut Damaſce.vult)recipit bo-
na naturalia & vitalia.Poſt illā vero partē
ratiōis,quæ dicit̄ vir,ſequit̄ intelligentia,q̄
intuet̄ æterna ſiue diuīa, eodē modo quo
pōt.Et differt a ſynterefi,q̄a ſynterefis ni-
hil deliberat,iſta vero intelllgētia bene de-
liberat.Itē ſynterefis,ſicut cōmūiter eſt ef-
fectiua boni,ita cūmuniter eſt deteſtatiua
mali.Vñ ſemꝑ remurmurat malo. Intelli-
gētia aūt nō ita reſpicit malū,q̄a obiectū ei⁹
ē æternū, vbi nihil ē mali, Et ſi dicat̄ ſecū-
dū hoc debet ꝑordinari. Dicendū ꝙ non,
quia iſta deliberat, & ſic ſcit ꝙ bonū appe
tit,alia ſemper ſtat in communi.

CAPITVLVM DVODECI-
mū & vltimū de Diſtinctiōe Ra-
tiōis,in partē ſuperiorem &
inferiorem.

POſt iſtā eſt alia rōnis pars, quæ dicit̄
Vir,quā extendunt quidā in tantū,vt

appre-

apprehēdat æternitatē ipſam,de qua iā diximus,& maxime inquantū eſt imago trinitatis increatę,de qua fuit breuiter dictū. Quia hoc breuitas exigit tractatus. Poſt illā eſt,Mulier quæ ſenſualitati cōiūcta eſt, & ſæpe allicit ab ea, habet em̄ illecebrā ſiue delectationē vitioſam,iuxta quā ſemꝑ videt peccatū ſibi porrigi. Vult aūt beatus Auguſti.ꝙ illæ duæ partes ſolū differunt ſecundū officiū, & nō ſit,niſi in vna potētia.In iſta potētia, ſiue in iſtis duabus partibus eſt ꝓprie volūtas,in qua eſt conſenſus. Sed duplex eſt cōſenſus. Vnus eſt conſenſus in verū ſub rōne veri, & ſic eſt cognitio rōnis cuius ꝑfectio eſt verū,inquātū eſt potētia cognitiua,ꝓprie em̄ potētię cognitiuæ ꝑfectio eſt,ſiue cū obiectum ei cōiungit. Ipſius aūt animæ ꝑfectio eſt ſcientia vel cognitio ꝑ viā ſpeculatiōis, & tūc ratio,prout eſt potētia cognitiua, dicit intellectus,ſed differūt eo modo, ſicut dictū eſt. Quoniā itellectus apprehēdit eſſe rei, & qditatē abſolute, ratio aūt eſt in collatione vnius ad alterum. Eſt iterum conſenſus in bonum ſub ratione veri, & dico ſub ratione veri,quia tunc ratio iudi-

Cōſenſus in verū ſub ratione veri.

Conſenſus in bonū ſub ration veri.

cat

cat eſſe bonū vel malū, & ſiſtit ibi, nec amplius ꝓcedit. Si aūt amplius ꝓcedit & iudicat eſſe bonū, vt fiat qđ appetit, ſic eſt motiua voluntas. Primo modo adhuc eſt cognitiua. Si aūt adhuc non ſolū iudicat eſſe bonū, vt fiat, ſed iudicādo afficit & appetit illud, ſiue ſit finis, ſiue tēdat ad finē & ſic dicit liberū arbitriū qa cōprehēdit rationem & volūtate primo modo dictā. Vñ liberū arbitriū eſt, in iudicio & appetitu & electione. Vidēdū ergo, ꝙ cōſenſus de re q̄d ſit, vel q̄d non ſit cognitiue rōnis eſt, & vt fiat vel nō fiat, voluntatis eſt. Sic em̄ eſt ꝓceſſus, ratio iudicat eſſe bonū vel eſſe malū, et in illo iudicio cōſentit cōſenſus raōnis ꝓut eſt cognitiua ſeu in cognitiōe, & ſeq̄tur cōſenſus volūtatis, q̄ dicit, fiat fiat. Et dicitur tūc conſenſus rōnis motiuę. Vterq; aūt in verū & bonū cōſenſus dicit, liberūarbitriū vel liberi arbitrij cōſenſus. Vñ liberūarbitriū in ſua diffinitiōe cōprehēdit volūtatē & rationē. Eſt em̄ liberūarbitriū, rōnis facultas, & volūtatis qua bonū eligit, gratia aſſiſtente, & malū fugit gratia deficiente. Liberū arbitrium.

FINIS.

Ad Lectorem.

Alberti quiſquis ſectaris dogmata magni
Si tibi ſub paruo diſcere magna placet.
Hoc te cōgeſtū Lector ſtudioſe volumen
Edocet, inq; breui tempore multa ſcies.

Gracchouię, Matthias Scharffenbergius,
Summa cum diligentia, operaq; non
vulgari Impreſſit. Ductu ſuo
proprio. Anno. M. D. XL. I.
II. Die Iunij.

Bibl. Jag.

Bibl. Jag.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0042143